

- 24 Testes examinati ab utraque parte non possunt reprobari.  
Nec eis inhazitas opponi. 25.  
Dummodo non sit irremissibilis per partes. 26.
- 27 Falsum non dicitur quod primordio veritatis adiunatur.  
Testium rogatus statim post testium publicat. sufficit.
- 29 Testes quorum unus plus alio deponit non dicuntur contrarij.
- 30 Actus reiterabilis à pluribus fieri potest.
- 31 Verbum predictis, refertur ad superiora cum omnibus qualitatibus.
- 32 Testamentum ad interrogationem alterius valet. & quando.  
Primumque tollit. 33.  
Licet plerique contra. 34.  
Quibus auctor non assentit.  
Et quomodo procedant declarat. 35.
- 36 Instructio ex quibus colligatur.
- 37 Genitivus ex propria significatione dominium importat.
- 38 Domini appellatio de directo intelligitur.
- 39 Dictio cum, aggregat & coniungit.  
Et aequè principaliter. 40.  
Magis copulat quam copula &c.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXXVIII.



**P**ETRVS & Arieta fratres de Tironis petunt publicari ad aeternam rei memoriam quandam scriptam manu Parochiani factam, vbi continetur quedam bona illis relicta per Ioannem Franciscum Fredum maritum Dominae Arientae. Contra negant Petrus & Antonius de Fredis eam esse publicandam, pro quibus clarissimus Iudex, eorum quo causa agitatur, his fundamentis utitur.

Primò, quòd inter testes, quibus actores utuntur, duo sunt, videlicet, Lucas & Peregrinus, qui sunt compadres Domini Arientae, & sic partis, quo fit vt saltem eis de fide diminuatur, vt per Alexandrum conf. 237. col. fin. vol. 6. Dominus meus Riminaldus conf. 289. nu. 15. Curt. in tract. de test. quest. 30. vbi dicit quòd non sunt omni exceptione maiores, qd in super confirmat Crot. in eo. trac. 3. parte nu. 163. Emiliam. conf. 119. nume. 4. dicens eum non esse idoneum, & alios refert Menoch. de arbit. Iud. l. 2. Cent. prima. casu centesimo. col. 2.

Secundò, quòd dominus Lucas interrogatus de verbis formalibus, quibus vsus fuit Ioanes Franciscus, quado testes rogauit, inquit illi dixisse. Io vi prego vogliate essere testimonij à questo mio testamento, & dire la verita, quado sarete chiamati & tamen Iacobus à Nouo alter testis inquit, quod fuit parochianus, qui testes rogauit nomine Ioannis Francisci: tñ vnde sunt contrarij, & ne-

mini adhibenda est fides, vt notant Doct. in l. 2. S. creditum. ff. si cert. per. Aret. in. S. finimus. col. pen. inst. de act. Alex. conf. 53. nu. 10. vol. 7. t. & pulchrè Ruin. conf. 150. nu. 9. vol. 5. Dicens quòd quando testes uariant in circumstantiis tangentibus negotium principale, & illi coherentibus non probant intentionem partis producētis, quòd casui nostro famulari uideretur, nam negari non potest, quin rogatus testis sit circumstantia tangens negotium principale testamenti, cum ad illud debeāt esse rogati per testatorem. l. heredes palam. S. in testamentis. ff. de testam. adeo quòd si alterius rei causa fuerit adhibiti, non sunt ad testandum idonei, nisi ante testimonium certiorentur ad testamentum se adhiberi, ut ibi dicitur tñ nec sufficit, testes in substantia esse concordantes, quando de verbis formalibus interrogantur, Fel. in c. licet ex quadam. col. 4. de testib. Barb. conf. 54. col. 8. uol. 1. D. meus Rim. conf. 145. nu. 13. vbi subiungit post Butrium & Abba. in. c. nihil, de uerb. signi. quòd quado testes deponunt de uerbis relatis ab alio concordare debent nedum in effectu sed etiam in qualitate & cortice uerborum. Et, ut concludit, debet nedum in iure sed & in facto concordare esse. Et ita variantes testes in testamento repellit Burfatus conf. 69. col. 3.

Tertiò, quia idem Iacobus à Nouo dicit, testamentum hoc in duabus uicibus fuisse conditum, nec constat, quòd ultima uice omnes testes interfuerint, qui prima uice presentes fuerunt, sed solum illi tres, qui ultimò superuenierunt, nec prima uice fuerunt presentes tñ quòd fit, ut testm non ualeat, cum uno contextu, coramque omnibus testibus rogatis & audientibus sit agendum. l. heredes palam. in fine. ff. de testa. l. cum antiquitas. C. eod. & ibi not. Et regulariter in testamento condendo septem testes interesse debent, non solum gratia probationis sed etiam ad solenizandum actum, ut probatur in l. si unus C. de testa. & hoc casu quia testes sunt de substantia actus, omisio uitiatur, adeo quòd non potest deferri iuramentum in defectum probationis, ut not. Bal. in l. 2. circa fin. C. de bon. poss. secun. tabu. & in l. in bono fidei. col. 3. vers. item dico, quòd vnus C. de reb. cred. & in c. 1. S. Item uafallus, col. 2. vers. quæro utrum. si de inuesti. fuer. contro. et in addi. Specul. in tit. de iura. dela. ubi dicit, quod deficit tunc ius & probatio. Et hoc adeo procedit, quòd non sufficeret apponere nominatium vel quatuor testium cum adiectione, quòd quamplurimi testes interueniunt: quia debent omnes exprimi & nominari, secundum Bal. conf. 108. D. Ioanna. volu. 3. sequitur Natta conf. 423. col. 1.

Quartò, quia testes omnes concludunt, tñ quòd Parochianus scribebat, quando accesserunt ibi, & postea scripturam publicauit, quia testator confirmauit, nec constat testibus, vel

vel aliunde, quòd testator inserit ita scribi, vel de sua voluntate sic scriptum fuerit. Ideo potest esse, quòd parochianus informatus ab alijs, puta ab uxore ita scripserit, quo fit vt tale testamentum non ualeat, quia dari posset materia fabricandi falsum. Ita Ioan. And. in add. Specul. in tit. de testam. S. r. uers. quid si is, sequitur Imol. in d. l. heredes palam, in fin. princ. Iaf. post Petrum & Cyn. in l. iubemus. in fin. C. de testam. Corn. conf. 73. col. pen. & cōf. 103. col. pen. vol. 1. Crot. in l. 1. S. si quis ita, in 7. casu. ff. de verb. obligat. & latissimè Ruin. conf. 8. vol. 3. col. 2. & 3. Soc. Iun. conf. 183. nu. 27. vol. 2. cum alijs copiosè deductis per Cra. cōf. 10. nu. 13. quæ cōfirmat ex decisione Angeli in l. non totum. ff. de inoff. test. dicentis, testamentum secundum factum ad suggestionem alterius primum non tollere, sequit Francisc. Marci decif. 129. Tomo. 2. & pulchrè Bello. conf. 74. nu. 7. quem refert eleganter Burfat. conf. 47. col. 3. quòd præsumitur ad suggestionem factum testamentum, si detur uoluntas scripta notario, qui eam stipuletur, quòd hoc in Parochiano potuit euenire.

Ultimò, quia si etiam testes probarent, tamè hoc testamentum dici non potest, quòd institutione caret. l. proximè. ff. de iis, quæ in testamento. del. S. r. instit. de fideic. hæred. Iacob. Petri de Capucis. conf. 56. col. fin. diuerforum ad ultimas uoluntates. & Barto. de Vulpis. cōf. 103. nu. 3. eodem loco. tñ Nec uerbum relinquo in hac scripta positum importare potest hæredis institutionem, etiam alio non instituto hærede vnuerfali, cum non referatur ad totum vel partem hæreditatis, iuxta not. per Alex. in l. nam quod. S. non omnis, qui dicit esse communem. ff. ad Trebel. nu. 6. Bar. & alij in l. his uerbis. ff. de hered. institut. Imol. in l. 1. S. si ex fundo nu. 18. ff. de hære. instituen. Dominus meus Riminaldus conf. 111. nu. 8. & conf. 437. nu. 8. & ibi dixi in apostill. ex quibus concluditur publicationi locum non esse.

Ipsis tamen non attentis, contrarium est de iure uerius. Cum enim ciuitas Ferraria sit de tēporali iurisdictione Ecclesie, & ob id i eius canonicum seruari debeat, ut tradit Card. Zab. conf. 2. Fulg. in l. quid sit fugitiuus. S. idē Celsus. ff. de ædil. edict. Glo. in auct. ut ecclesi. Roman. ad fin. tñ Sequitur quòd hoc testamentum factum coram quatuor testibus, dempro Parochiano, cuius dicto Tironi uti nolunt, ualere debet, ut de iure canonico ualet, secundum Specul. in tit. de inst. edi. S. compendiosè. vers. item per ius canon. sequitur Abb. in c. cum essef. de testam. vbi etiam Imol. Cal. conf. 8. de testa. Gemin. conf. 49. col. fin. Alex. conf. 17. col. 3. vol. 3. conf. 103. col. 4. vol. 4. & in terminis tradit Cor. cōf. 241. col. fi. vol. 4. Dec. cōf. 284. col. 4. Portius Immolen. conf. 12. nu. 17. & amplè. Rol. à Vall. cōf. 33. nu. 42. vol. 3. Fortius & secundò dicitur in hac scripta.

Et quando dextro Lan Francesco non gliela potesse lasciare (videlicet dicto Petro & Arientæ, de quibus supra) per uigor di testamento gliela lascia, & dona con tutte quelle ragioni che si poole lasciare, & donare. tñ Quæ clausula bene ualet, nec impertinens iudicari debet, sed donationem inter uiuos inducit, casu quo dispositio ut testamentum ualere non posset, maximè si pars fuerit præsens & consentiens, vt tradit Bald. quem Angel. Castr. Aretin. & omnes sequuntur in l. heredes palam. S. in testamētis. ad ff. de testam. sequitur Castr. Alex. Iaf. & alij in l. cū antiquiras. C. eo. quicquid post Ioa. Fabri pungat in oppositum Natta conf. 73. col. 2. cū hæc sit crebrior opi. à qua in consulendo non est recedendum. tñ hic autem Petrus & Arientæ presentes erant, vt omnes testes dicunt, sicq; consentientes præsumuntur fuisse, cum de favore eorum agatur. l. qui paritur. ff. mandat. not. Bart. & alij in l. quæ doris. ff. solu. matrim. tñ Diciturq; satis inter uiuos fuisse, licet ab in firmo facta hæc donatio, ex quo de mentione mortis nihil est dictum. l. Scia. S. fin. vbi not. omnes. ff. de donat. caus. mort. & in d. l. quæ doris, maximè Alex. nu. 6. post Imol. in c. 3. de consue. ibiq; Guido pap. post. Domi. Guil. Bened. in c. Raynutius. uers. testamentum. 4. num. 2. l. de testa. Ripa. lib. 3. respō. cap. 9. col. 4. Cassane. conf. 39. nu. 77. quos aliàs cumulaui. inst. de donati. in prin. nu. 318. & nunc addo Franciscum Marcum. q. 486. num. 5. & 6. prima parte. Meritò ultra duos testes, & cōtra quos opponitur de compatria, duo alij supersunt in numero sufficenti ad probandum hanc donationem inter uiuos tñ in qua duo testes sufficiunt, sicut regulariter in quolibet alio contractu. l. vbi numerus. ff. de testib. firmat Corn. conf. 126. col. 2. vol. 1. conf. 68. col. 6. uol. 3. conf. 124. col. 2. conf. 239. col. 3. uol. 4. Soc. Iun. conf. 21. num. 12. volum. 2. Brun. in tract. de forma. S. de potentia & effectus formæ. col. 5. Rol. à Vall. cōf. 40. in prin. vol. 1. & conf. 43. nu. 19. vol. 3. tñ Et quemadmodum hæc publicatio in testamento locum habet. l. publicati. C. de testam. ita in contractu, vel sententia quando nec contractus, nec sententia in scriptura publica redacti fuerint. c. significauit. c. Albericus. de testi. declarat. Ang. in d. l. publicati. post medium. Sola superest difficultas in tollendis obiectis Ad primum enim, quòd duo ex quatuor testibus sunt compadres, stante quòd agatur hic de donatione inrer uiuos, ut supra dixi, cessat illud, cum alij duo sufficiant, qui nullum defectum patiuntur, sed persistendo etiam in hoc, quòd de testamento agatur in casu nostro tñ men adhuc dico, fidem illorum duorum qui sunt compadres, esse idoneam. Edictum. n. de testibus est prohibitoriū certarum personarum, vnde quilibet admittitur, qui non reperitur expresse prohibitus. l. i. iuncta gl. ff. de testib. cum ergo compater non reperitur prohibitus

bitus admitti posse, debet in testem, ut notat Bal. in l. parentes. C. de test. & ibidem Salic. Rom. Ale. & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius voca. Lanfranc. in c. quoniam contra. in uers. testium depositiones. nu. 97. de probat. Bart. cōf. incip. in q. vertente inter D. Simonem, Aret. & Fel. in c. cum nuntius. de testib. Abb. in tract. de test. in prima parte, nu. 8. Alex. cōf. 42. col. uers. ad fin. vol. 3. Ias. in l. apertissimi. col. 2. C. de iud. in §. penales. col. 10. uers. pro predicta. inst. de action. Crau. cōf. 169. nu. 1. & 2. Ruin. cōf. 81. nu. 19. vol. 3. Tiraque. in l. si vnquam. uers. susceperit liberos. nu. 38. C. de reuocand. donat. Petrus à Placa libro primo Epit. delictorum, cap. 40. nu. 1. uers. secundo repetit, & hæc opinio ex dinumeratione Doctorum communis est, ut testatur Menoch. de arbitra. Iud. li. 2. Cent. 1. c. 100. citans duos alios Doct. de quibus per eum, quibus addo Crot. sibi contrarium cōf. 3. nu. 20.

17 ¶ Nec obstat, quod diminuat de fide, & q. non sint omni exceptione maiores, ex supra de ductis, hoc enim puto falsum ex his, quæ ponit Veron. cōf. 5. col. 3. in ciuilibus, quem refert, & sequitur Crau. cōf. 169. ubi dicit, quod cōpater dicitur idoneus testis in causa matrimoniali, & tamen causa matrimonii dicitur grauis, ut notant Butrius, Abb. & alii in c. si pro debilitate. de offic. deleg. Dec. cōf. 133. nu. 1. ad fin. Mantua cōf. 121. nu. 1. vol. 1. ita quod requiruntur in ea probationes omni exceptione maiores. c. 1. cum glos. de consang. & affinit. c. in super qui matr. accus. Veron. cōf. 2. col. 1. & 6. uers. quarta presumptio. Fel. in Rubr. de spōs. col. 5. uers. quarto in causa matrimoniali Soc. Iun. cōf. 88. nume. 8. vol. 2. Ita si admittitur testis compater in causa matrimoniali, tanto magis in causa ista longè leuioris momenti ad mitti debet, nec eius fides diminui, ¶ immo Cor. expressè. 61. col. 3. uers. ostenso. vol. 3. dicit, quod cōpater est omni exceptione maior. sequitur Crau. in d. cōf. 169. col. 2. Et Alcia. respon. 18. ad fin. ubi concludit, quod compater est testis omni exceptione maior, præterquam in causa ipsius, quem in Baptismo tenuit. de qua exceptione non agimus, & certè Doctores, qui de compatre loquuntur, dubitantes, an admittitur in testem, loquuntur in causa eius, quem de sacro fonte leuauit, & ita loquitur Baldus, qui tenet partem negatiuam, & alii post eum in d. l. generaliter. ff. de in ius vocand. inter eos enim bene adit illa paternitas & filia

20 otio spiritualis, ¶ sed secus esse debet pro compatre suo, pro quo bene potest esse testis: quia prædicta celsant. Ita considerat Ruin. cōf. 81. nu. 19. vol. 3. sequitur Menoch. loco citato in fin. Et Alcia. in allegato respon. 18. in quo secundo capite uersatur.

21 ¶ Et si dicatur in tali compatre affectionem concurrere, respondetur, hæc esse leuem suspicionem, quæ per iuramentum purgatur ipsius

testis, qui iurat, quod non deponit nisi ueritatis obtentu, ut in testibus de ueritate, in quibus pari modo cadit affectio, considerat Bal. in l. cum nuntius. de testib. quem refert & sequitur Fel. in c. in super. post principium eodem titulo: unde sic & in casu nostro dicamus.

22 ¶ Tertiò dici potest, dato (non tamen concessio) quod fides istorum duorum testium aliqua ex parte diminueretur, tamen ex fide & integritate aliorum duorum suppletur & reintegrantur, iuxta decif. Bal. quem alii sequuntur in l. si quis ex argentariis. §. cogetur. ff. de ede. Alex. cōf. 23. col. 5. cōf. 22. col. 5. 2. uolum. Ias. in aucten. si uero contigerit. nu. 3. C. de iudi. & l. si constat. nu. 43. ff. solut. matrim. Dec. in c. licet causam. nu. 19. de probat. Crott. in tract. de testi. quem citat Soc. Iun. cōf. 61. nu. 19. vol. 2. ubi ampliat idem esse si ex probabilibus coniecturis testis adiungetur, ut per eum.

23 ¶ Que decisio etiam procedit, quando testes examinati non sunt ultra numerum requisitum, ut in casu nostro, dummodo quod defectus testis non repellat eum ipso iure, nec dictum eius annullat, sed solum attenuet, aut diminuat fidem, ut est in famiæ factis, affinitas, amicitia, vel (ut casum nostrum interponam) comparternitas, & quod simus in causa ciuili non ardua, ut est ista, ita aduqum declarat Iason in d. §. cogentur. col. pen. circa medium, & magis in terminis nostris, id est in testibus testamentariis, hoc dicit ibi Alexan. cōf. prima. uers. tamen. & sequitur eum Ruin. cōf. 192. nu. 9. uolum. 2.

24 ¶ Quartò conuenit, quod iidem testes fuerint examinati ex aduerso, quo fit, ut eorum personas amplius reprobare non possint aduersarii. l. si qs testibus, & ibi not. C. de testib. Soc. Iun. cōf. 146. nu. 13. vol. 1. dicens quod pars aduersa non potest contra fidem testium opponere, cum iam eorum fidem approbauerit: nõ enim potest fidem semel probatam reprobare, iuxta illud. Quod semel placuit, amplius displicere non potest. l. in dicm. ff. de aqua plu. arc. §. religiosum. in sitit. de rer. diu. c. quod semel placuit. de reg. iur. in 6.

25 ¶ Confirmatur. Nam ubi testis fuit ab utraque parte rogatus ad testificandum, nõ potest postea contra eum opponi inhabilitas. Glos. allegatur singularis in §. & licet. in fin. uers. supplicis, in aut. de test. Bal. & Salic. in l. parentes. in prin. C. de testi. & in c. in nomine domini. eodem titulo, Ange. in l. 1. C. de test. Imol. in l. ad testium 1. ff. de testa. Nat. cōf. 95. nu. 12.

26 ¶ dummodo non sit inhabilitas per partes irremissibilis, quod nõ est in casu nostro. Bal. in l. si quis testibus. col. fin. Fely. in c. ueniens 1. col. pen. in fin. de testi. Marf. sing. 92. sed hoc est in casu nostro, ut ex processu apparet, ubi examinatus ita attestatur pro parte utraque eos fuisse examinatos, & ita in testamento propriè reperio, quod considerat Ruin. cōf. 192. nu. 8. col. 2. ubi opponebatur vni testi testamentario,

tario, quod non esset idoneus: quia maritus heredis instituta, dicit enim Ruin. quod ex quo dictus testis iurauit etiam ad instantiam alterius partis, quæ propter hoc illius personam approbare dicitur, ideo contra nihil opponere potest. quod est multum notabile, & nihil melius inueniri potest.

27 ¶ Secundò in super accedit: quia ex dicto To fini examinatus ex aduerso constat, quæ antequam scriberetur hoc testamentum, & publicaretur, dictus Ioannes Franciscus dixit, quod relinquebat ista bona dicto Petro & Arienta, unde per hoc facilius est credendum, quod postea sic fecerit, & per consequens, per ea, quæ dixit ante testamentum, augetur fides testium deponentium, ut in scripta, & ab eis suspitio tollitur, tãquam ex hoc præsumatur, quod nõ mentiar, ita in terminis declarat Ruin. in d. cōf. 192. nu. 9. pro quo facit illud vulgatum. Falsum dici non posse quod primordio veritatis adiuuatur, ut dicunt Bart. & Castr. in l. cum filius. §. hæres. meus. ff. de leg. 2. Curt. cōf. 56. col. 5. & Gramma. cōf. 30. ad fin. ubi dicta testium dicit adiuuari ex quibusdam actis notarii præcedentibus.

Ad secundum uerò pro responsione, dico aduertendum esse, quod ille Iacobus de Nouo deponit in effectu de bina publicatione huius scriptæ facta per Parochianum. Patet quia dicit, dictum Parochianum illam legisse coram domino Ioanne Franciscus & testibus in ea descriptis &c. qua lecta subdit, Parochianum rogasse testes pro parte dicti Ioannis Francisci, postea subdit, quæ ipse testis dixit. *Mò messere, noi altri videlicet ipse Lucas & Christoforus, che non ha uemo sentito, ne inteso il parlare del detto testatore, uolemo sentirlo, & che anco lui, videlicet d. Io. Franciscus, dica chel lasa queste cose.* Et his dictis subdit ipse testis, quod iterum Parochianus legit dictam scripturam in omnibus & per omnia prout in ea continetur, qua lecta dictus Franciscus eam confirmauit, dicendo. *Io confermo tanto quanto è scritto li & prædicta fuerunt (inquit iste) presentibus se teste, & testibus prædictis, dum enim deponit de Parochiano, qui rogauit testes pro parte d. Ioan. Francisci loquitur de prima publicatione, ut clarè patet ex eius testificatu, & in hoc plus de facto deponit hic testis, quàm alii, qui de hac prima publicatione & rogatu Parochiani ex parte testatoris nil dicunt. Dum uerò de secunda publicatione dicit, de qua omnes alii testes dicunt, in hoc minus ipse de facto deponit, quàm illi qui dicunt d. Ioan. Franciscum ore suo rogasse testes, ut uellent esse testes dicto suo testamento, & dicere ueritatem, si unquam uocarentur ad eam dicendam,*

28 ¶ qui rogatus licet post testamentum publicatione interueniret, sufficit tamen, ex quo incontinenti interuenit, ut tradit Bal. in l. fin. C. de fideic. sequitur Barb. in c. relatum. 1. col.

3. de testam. Ias. in l. hac consultissima. colum. secunda. C. de testam. Tiraq. de retract. tit. de retr. conuent. §. primo, num. sexto, meritò stantibus ita his, prout uerè stant, sequitur, quod nulla contrarietas in hoc Iacobo & Luca vel aliis notari potest. ¶ Non enim testes dicuntur contrarii quando de facto minus deponit vnus quàm alter, ut notat Anton. de But. in c. 1. de offi. leg. sequitur Dec. cōf. 100. nu. 4. & 6. & cōf. 163. col. 6. post. Marian. cōf. 26. col. 4. Paris. cōf. 87. num. 35. uolu. 3. Dominus meus Riminal. cōf. 285. nu. 34. & ibi in additionibus meis confirmauit, nuncque pariter addo Corneum cōf. 223. vol. 1. Soc. cōf. 26. col. 4. vol. 1. cōf. 171. col. 4. vol. 2. uers. confirmantur. Neuzia. cōf. 47. nu. 36.

30 ¶ Secundò, & magis in terminis dico, quæ & si Iacobus dicat, testes à Parochiano rogatos, Lucas uerò à Ioanne Franciscus, nõ tamen sunt per hoc contrarii, nec contradicunt, cum sit possibile fuisse rogatos ab utroque, cum sit actus reiterabilis iste rogatus, ita concludit Angel. cōf. 274. col. 5. quæ est penult. quem refert clarius & sequitur Ias. in d. l. hac consultissima col. 2. de testa. meritò cessat omnis difficultas.

Ad tertium uerò non insistendo, ubi non expedit, dico illud resouit ex uerbis met Domini Iacobi, dum loquendo de secunda publicatione dicit, id fuisse presentibus se teste & testibus prædictis, quæ uerba complectuntur Peregrinum, Zabuinum, Christoforum & dictum Lucam, de quibus supra mentionem fecit, & quos dicit ibi fuisse presentes. ¶ Nec aliter intelligi possunt illa uerba sed ad superiora relationem habent, propter illud uerbum prædictis, ut not. Bar. in l. talis scriptura. §. si. pen. q. ff. de lega. 1. Paris. cōf. 1. nume. 131. uolum. 3. cum similibus. Dominus meus Riminal. cōf. 118. numero 8. dicens intelligi relationem fuisse factam ad superiora cum omnibus suis qualitatibus & non simpliciter, ibidemque concordantes adduxi.

Ad quartum respondetur, quod immo ex testificatu illis Tosini examinati ex aduerso constat apertè d. Io. Franciscus dixisse Parochiano, quod uolebat eum scribere dicendo. *Io laso questa casa con li mobili alla Arienta & Pietro.* prout in scripta post modum reperitur. Huicque accedit etiam Christoforus alter testis dicens Parochianum aduersus Dominum Ioanem Franciscum dixisse. *Li qui Christoforo vostro fratello & Luca, li quali non sono stati presenti al principio, quando uoi hauete detto quello che uolere far, io leggerò questa scritta, & uoi direte se uorrete che la stia così.* Quibus sic dictis legit dictam scriptam, qua audita & intellecta dictus Ioannes Franciscus confirmauit eam in omnibus & per omnia, dicendo uulgarièr *chel detto testamento stana bene, & chel lui uoleua chel stesse così.* Ex hoc enim apparet, quæ ante dixerat dictus Ioannes Franciscus, quid esset Hippo. Rimi. T. Secundus. K set

set scribendum, cum parochianus à se tantum non potuisset illud diuinare, & ex ista approbatione secuta dicti scripti, colligitur, quod ita iusserat scribi, aliis non approbasset ita in omnibus & per omnia: maximè quia, ut omnes testes dicunt, erat in sano intellectu, & *parla-ua gaiardamente* nec decepsit statim, sed etiam  
 32 per triduum superuixit, ut illi dicunt. † Valet ergo hoc testamentum factum ad interrogationem dicti parochiani, & ab eo scriptum, cum in hoc præcesserit voluntas & scientia dicti Ioannis Francisci; iuxta glos. communiter approbatam in d.l. iubemus, quæ hoc casu pro cedit, ut per Ias. ibi post alios. col. fi. & Crot. in d. S. si quis ita, in 6. casu, & latè Crau. conf. 117. vbi multos allegat maximè Corneum in quibusdam consiliis, qui id tradit sicut & alii quos allegat Clarus. in §. testamentum. q. 37. Alciat. responso. 534. Mandosius in addit. ad Roma. conf. 306. verbo valere. Silua. conf. 54. Et Burfatus conf. 47. nu. 5. Et allegata in contrarium procedunt non data scientia testatoris: Nec quod ipse Ioan. Franciscus à dicto Tosino interrogatus, quid de aliis bonis suis fieri vellet, responderit. *dil. resto io ho fatto testamento*. Idque fit in causa productum per Gilinum rogatū. Inferitur, quod ipse noluerit testari. Contrarium. n. omnes testes dicunt, & probant referendo verba dicti Ioannis francisci, sed bene ex dictis verbis colligitur, ut dictus Ioannes franciscus crederet, illud præcedens testamentum etiam pos-  
 33 se valere, † in quo tamen errore labebatur, cū per hoc secundum testamentum, licet ad interrogationem factum, illud præcedens toleretur, ut copiosè deducit Dec. conf. 489. per totum, quam sententiam etiam fouet Dominus meus Riminaldus egregiè conf. 254. nu. 23. & per totum, eamque pariter tenet Alciat. respon. 570. col. 2. Silua. conf. 54. per totum, Burfatus conf. 47. col. fi. qui in hanc partem inclinatur. Quæ confirmatur. Nam videmus per testium posterius de iure tantum speciali validum primum tolli. l. 2. ff. de iniur. test. Dec. conf. 475. confil. 512. in prin. Ceph. conf. 32. col. 1. conf. 73. col. 2. Rol. à Val. conf. 33. nu. 21 vol. 3. sicut etiam si secundum sine scriptura processerit nec tot solennitates sicut in primo modo sufficiens numerus testium interuenerit, ut per Paris. conf. 46. num. 20. vol. 3. igitur & per secundum licet ad interrogationem alterius factum primum  
 34 tolli debet. † Et licet Paul. de Cast. conf. 367. uiso puncto & allegationibus. in fin. uoluerit primum testamentum nõ reuocari, secundum quam opinionem. consuluat Soc. conf. 229. uol. 2. & conf. 92. num. 26. uolum. tertio. Ruin. confil. 9. colum. penult. secundo uolum. Crauet. in dicto confil. 117. in fin. Socin. iun. confil. 144. nume. 15. & latius confil. 183. nume. 34. uolum. secundo; vbi etiam citat Guid. Pap. Za-  
 35 fum & Calcan. idem tenentes, & dicit esse cõmunem opinionem contra Decium. † Ve-

rè tamen omnes loquuntur in testatore valde infirmo, & interrogato ad suggestionem alterius, quo casu non modo testamentum secundum factum ad interrogationem per uerbum, sic, in effectu non valet in præiudicium institutorum in primo, sed etiam si longioribus verbis, & tractatu fuerit factum mutando primum, & aliis hæreditatem relinquendo, ut tradit Angel. in l. non enim. ff. de inoffic. testam. & in l. fin. C. si quis aliquem testa. Cepol. caut. 36. licet cum uerbis, Iason conf. 141. nume. tertio. uolum. 4. Item loquuntur doctores, quando testamentum primum de longinquo iam fuerat factum, quæ omnia cessant in casu nostro, ubi Ioannes franciscus licet infirmus esset, ualidè tamen loquebatur, ut testes dicunt, præcessitque eius ordinatio, scientia & uoluntas de sic testando, ut supra ostendi nec tantum à remotis, sed iam duobus annis tantum ante præcedebat illud primum testamentum, meritò sumus extra terminos Pauli de Cast. & sequacium, & in casu, quod primum testamentum debet tolli per istud, secundum conclusionem Decii, & D. mei Rimi. in consiliis de quibus supra, quicquid Soc. iun. contradicat, uolens hanc limitatione Pauli de Cast. passim procedere, sed certè dēt restringi cõcurrentibus prædictis, quæ in casu nro cessant.  
 36 † Ad ultimum ego dico, quod si quidem tenemus hic de donatione agi propter istud uerbum *e dona*, cessat hoc obiectum de defectu institutionis. Sic verò dicimus hic agi de testamento, & tunc dico ex aliis uerbis colligi institutione: postquam enim dixit, *Item lascia la casa con il cortile, confinando &c.* subiungit *la qual casa con le terre posse in detti confini con tutti li beni mobili et immobili, uino, fromento, & con tutto quello si ritroua, uole che sia la mita dell' Arienta sua moglie re, & l'altra mita di Piero fratello di detta Arienta*.  
 37 † Illa enim uerba *che sia della Arienta & Pietro* denotant dominium propter benitiuum iunctum illi uerbo fit. Cuius natura est importare dominium, ex sui propria significatione l. si hæredis seruus. ff. de legat. primò Bartol. & alii notant in rubrica. ff. de oper. noui. nuntiat. Ruin. confil. 65. numer. quarto. uolum. secundo. Natt. confil. 292. nume. quinto. Crot. confil. 36. nume. 29. Senat. Pedemonta. decif. 71. nume. 18. & sic important Arientam & Petrum debere esse dominos dictæ domus, & aliarum rerum ibi expressarum, † meritò dico, induci institutionem: Quia uerbum dominii, seu sonans in dominium, intelligitur de directo, & institutionem importat, l. his uerbis. in principio. ff. de hæred. institu. & notant Bartol. Bald. Imol. & alii, quo fit, ut hoc testamentum dici possit institutionem habere.  
 38 Secundò & ulterius cessat omnis amaritudo ex illis uerbis *con tutti li beni mobili & immobili*.  
 39 *li, cõ tutto quello si ritroua &c.* † Nā illa dictio, cū

aggre-

aggregationem quãdam & coniunctionem importat l. si & ibi not. doct. C. de impub. & aliis. substitit. Corn. conf. 240. col. 2. vol. 2. Paris. conf. 3. nu. 19. vol. 1. Cor. conf. 38. nu. 5. vol. 1. Nec in effectu differt à copula, quando ponitur in ter ea, quæ possunt se habere ut principale & accessorium l. Titia §. nihil. ff. de leg. primò, vbi nihil differt, an Titio & Meuiò, an Titio cum Meuiò legem: utroque enim casu coniunctim legatum dicitur, tradit Cor. alia iura citans ad hoc conf. 312. col. 1. uol. 3. notat doct. maximè  
 40 Ias. in l. si ancilla ff. de leg. 1. † Vbi etiam si sit posita inter res diuersas, uult quod coniungat æquè principaliter, imò dicit Ruin. conf. 190. nu. 7. vol. 1. post Bartol. in l. Seia §. Gaio. ff. de fund. instruc. & in l. Iulius Paulus ff. de cond. & demòst. quod dictio cum, magis copulat, quàm copula & Ultra igitur domum positam intra illos confines, dicitur hic Ioannes Franciscus reliquisse istis Tironis omnia alia sua bona mobilia & immobilia, dicendo *con tutti li miei beni*.  
 41 *ni &c.* † meritò fit, ut uniuersitati bonorū uerbum relinquat fit adiectum, sicque institutionem importet. iux. not. in d. S. nõ omnis. in d. l. his uerbis. & in d. S. si ex fundo. Et ex his cõcludo, motiua non obstat, & publicationis locū esse. Et ita obtinui cõsam domino Thadeo Gratiano honorando iudice appellationum.

Hippolytus Riminaldus Ferrar.

Pro Salamone Caluo:

ARGUMENTVM.

De sollicitatore in testem non admittendo.

SVMMARIVM.

- 1 Sollicitor repellitur a testimonio quando salariatus est. Secus si non est salariatus: Sed auctor contra eum per doctores simpliciter loquentes, 3. Et communem sententiam, 6. Tum etiam de non salariato loquentes, 7.
- 2 Fides testis inhabilis suppletur ex alijs habilibus. Si inhabilitas non sit totalis sed diminuens tantum. 16. 17.
- 3 Et quod habilis sit multum fide dignus. 18.
- 4 Sollicitator habet maiorem affectionem ad causam quam procurator.
- 5 Doctor indistinctè loquens indistinctè debet intelligi.
- 6 Opinio communis in iudicando sequenda.
- 8 Testis est suspectus qui reputat ad honorem sibi uictoria causæ uel ad dedecus in ea succumbere. 12.
- 9 Sollicitator non habens salarium uidetur magis affici causæ salariato.

Magna affectio cum repellit. 10. 15.

- 11 Quæ non p. rosunt singula multa inuuant.
- 13 Rationes quibus sollicitator repellitur procedunt etiam in non salariato.
- 14 Doctores de sollicitatore loquentes cur de salariato locuti sunt.
- 19 Socius sollicitatoris admittitur in testem.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXXIX.



VO breuiter proponitur in ostendendo, quod iste Iacobus in scripto, quod ex aduerso pducitur, examinari possit, quatumcunq; fuerit sit; sollicitator Samuelis  
 1 Vique contra Salamone Caluum. † Primum est, nam tunc demum sollicitator repellitur à testimonio, quando est salariatus à domino principalis, qui eum constituit, secus autem si non est salariatus, & qui uult dicere eum esse salariatum, ei incumbit onus id probandi. Ita est de mente dominorum de Rota decif. 154. in meo libro in noui. incip. sollicitator in causa, ubi signanter loquuntur de sollicitatore salariato à domino, sentientes ex hoc secus esse in non salariato. arg. l. cum prætor. ff. de iud. Idem clarè & expresse per multas rationes cõcludit Rom. conf. 420. incip. in proposita quæstione. Idem uidetur de mente Alex. conf. 78. col. pen. uol. 1. Ioannes Baptista Ferreretus conf. 79. nu. 9. & Cassaneus conf. 37. nu. 6. vbi secuti Rotam & Romanum, de quibus supra, dicunt tunc demum sollicitator repellitur, quando fuit constitutus à domino, & salariatus ad sollicitandum, secus esse in non salariato, sicque tenet Cefal. conf. 170. nu. 37. prout & in salariato loquitur Ang. conf. 233. punctus. col. 2. quem sequitur Marcus Mantua conf. 43. nu. 53. uol. 1. secus sentientes in non salariato, eodemque modo loquitur Dec. conf. 94. col. 2. Francus in c. Romana. col. fin. de app. in 6. Et in non salariato honesta persona, quod admittendus sit, concludit Steph. Aufrer. in add. Capellè Tolo sanæ decif. 204. præpõderare namque uidetur ad falsum uerisimiliter dicendum salarium, ut dici solet.

Quid nam mortalia pectora cogis. Auri sacra famès. Et apud Propertium. Aurum omnes uicta iam pietate colunt, & idem. Auro pulsa fides, auro uenalia iura. Sicut & illud.

Pecunie omnia obediunt.

At in casu nostro non apparet hunc esse salariatum meritò uidetur admittendus non autem repellendus † Secundum illud est, quod obicitur. Nam huic scripto alii testes sunt subscripti, uidelicet quidam Hercules & Petrus Maria Verratus, quo stãte fides huius Iacobi suppleri dēt ex istis idoneis, ita in terminis in sollicitatore  
 K 2 allega-

A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.

allegatur Alex. consil. 55. viso processu causæ  
vertentis. col. pen. vol. 2. motus ex notaris per  
Bald. in l. si quis ex argentariis. in princ. ff. de  
edend. vbi dicit, quod si reperitur vnus testis  
infamis infamia facti, fides eius suppletur ex in  
tegrima fide alterius, quem Baldū sequitur  
Alex. consil. 23. col. 5. vol. 2. Ias. in auth. si verò  
contigerit. nu. 3. C. de iudic. in l. si constante.  
nu. 43. ff. solut. matrim. Dec. in c. licet causam.  
nu. 19. de prob. Ruin. consil. 67. nu. 12. uol. 1.  
consil. 128. nu. 12. uol. 4. cum similib. Ex quibus  
idem & in casu nostro concludit Alex. in dict.  
consil. 55. & præter eum Cefal. in allegato consil.  
170. nu. 40. vbi dicit, quod cum cūcurrant alii  
testes, res omni caret dubitatione sicque pa-  
riter tenet Gabriel. Roma. lib. 1. de testi. cōclu.  
12. nu. 7. post Alex. de quo supra licet enim se  
remittat ad dicta per eum de cōsanguineo cō-  
clusionem sequenti, tamen in ea. nume. 7. firmat  
idem in cōsanguineo, q̄ admittatur, quando  
cum aliis concurrat, post Bal. consil. 10. colu. 2.  
uol. 5. Roma. consil. 486. & alios de quibus per  
eum: Igitur ex predictis hic Iacobus in testē vi-  
detur admittēdus, licet sit in causa sollicitator.  
3 † Quibus tamen non obstātibz tenendum  
est indubitanter, hunc Iacobum non esse in te-  
stem admittendum, sed prorsus repellendum  
fore, & missa additione Benedicti Vadi ad Lā-  
francum in tract. de testib. sub nu. 88. & Bosii  
in eodem tractatu num. 119. qui remissiue lo-  
quuntur. Stat infinitorum doctorum conclu-  
sio, q̄ sollicitator in causa repellitur à testimo-  
nio, imprimis enim Ang. cōs. 233. incip. Que-  
dam domina Margarita, col. 2. expresse dicit,  
sollicitatori lites nullam fidem adhibendam ef-  
se, quod enim de aureo illi dato pro suo sala-  
rio ponit contingentiam facti, non autem pro-  
pter illud tantum dicit eum repelli. Idem tenet  
Anch. consil. 227. ad corroborationem, col.  
fin. Abb. in c. in super. in fin. de testi. Imol. post  
Ant. de Butr. in c. cum à nobis. nu. 8. in fin. eo.  
tit. Alex. consil. 78. col. pen. uol. 1. uer. præterea  
ut dicunt. consil. 153. col. 2. & consil. 154. col. 1.  
vol. 5. consil. 152. nu. 6. uol. 7. Alb. in tracta. de  
testib. in §. expedita. nu. 7. Orian. in d. tract. lo-  
co citato. Dec. consil. 133. col. 3. in fin. consil.  
310. nu. 3. Paris. consil. 83. nu. 40. uol. 1. Gemi.  
cōs. 132. col. 2. in fin. Dec. cōs. 133. col. 3. uerf.  
& idem in sollicitatore. & cōs. 310. nu. 3. Steph.  
Aufre. in tract. de reprob. testi. §. feruus. uer. so-  
licitator. Millus in uerbo testis etiam non po-  
test pcurator. Bertrā. consil. 216. col. 4. uol. 3. in  
nouis. Fulg. consil. 219. col. 3. Soc. iun. consil. 88.  
nu. 23. uol. 2. Crot. in trat. de testi. in 4. part. q.  
8. quos Gabriel. citat loco memorato nu. 1.  
Ias. consil. 3. nu. 50. cōs. 5. nu. 19. vol. 2. Gabriel.  
Casatus cōs. 59. nu. 48. 2. tomo. crimi. D. meus  
Rimil. consil. 110. nu. 11. & consil. 289. nu. 16. cō-  
cludentes oēs eum repelli: † quia hēt maiore  
affectionem ad causam quam procurator, qui  
repellitur, & testificari non pōt. c. Romana. de

5 testib. in 6. † hi. n. omnes, cum indistincte lo-  
quantur, indistincte sunt intelligendi. l. de præ-  
rio. ff. de publ. in rem actio. & sic tam in non sa-  
lariato, quam in salariato, Rotaq; & hanc diffe-  
rentiam sensit, & post eam Alex. in d. consil. 78.  
6 & Cassa. in d. consil. 37. † Profecō contra recep-  
tam omniū sententiam dixerunt, à qua in iudi-  
cando recedendum non est, iuxta notata per  
Bar. & alios in l. 2. C. de pen. iud. qui malè iud.  
p. Fel. Dec. & alios in c. 1. ad fi. de constit. cum  
simil. sed (vt statim dicam) hæc eorum nō fuit  
intentio, remanebitq; in hac opini. singularis  
7 Rom. in d. consil. 420. † Quod enim sollicitator  
etiam non salariatus repellēdus sit, tenuit Ge-  
min. & Anch. in primis in d. c. Romana. col. 1.  
in fi. & 2. in princ. ubi loquens de sollicitatore  
deputato non à domino, sed à procuratore ad  
sollicitandum causas, dixit eum repellēdū fo-  
re, † ea ratione; quia ubi quis reputat ad hono-  
rem sibi victoriam causæ, uel ad dedecus suc-  
cumbere, est suspectus testis. Sed ista ratio non  
modo in salariato à domino, sed etiā in depu-  
tato à procuratore, qui non est salariatus à do-  
mino concludit, ergo, dicit Gemin. videtur, q̄  
etiam repelli debeat. Idem et in effectu cōclu-  
dit Fel. in d. c. cum à nobis. in fin. quē sequitur  
ad unguem Steph. Aufre. in tract. de reprob. te-  
sti. nu. 89. ubi etiam addit idem esse de men-  
te Gemin. in d. c. Romana. ubi faciendo men-  
tionem d. consil. Romani præallegato, dicunt, q̄  
eius rationes facile tollerentur, & idem tenet  
Bertran. consil. 209. nu. 3. uerf. & q̄ sollicitator,  
uol. 2. in nouis. Soc. iun. consil. 88. num. 24. uerf.  
nec obstat. uol. 2. quos citat & sequitur in effe-  
ctu Gabriel. Rom. loco citato sub num. 4. Pro  
9 qua sententia † facit: quia non habens salariū,  
uidetur magis affici causæ, cum sola affectio ip-  
sum moueat, salariatum uerò merces, & hoc ue-  
rissimum esse dicit etiam Soc. iun. in d. consil.  
88. nu. 24. uol. 2. ubi Romanum reprehendit:  
hoc enim inquit ipse, q̄ sollicitator non habue-  
rit salariū, facit eum magis suspectum, maio-  
rem enim affectionē ostendit ille, qui sine præ-  
mio sollicitat, cum non ratione pramii mouea-  
tur, sed sola affectione causæ & personæ. Sicq;  
perpendit etiam Mandos. in addit. ad Rom. in  
d. consil. 420. confirmans ex Præposito, quod q̄  
fuit in causa sollicitator et non salariatus non  
poterit in eadē causā iudex esse ratione affe-  
ctionis præsumptæ, quod & Gabriel Rom. fir-  
mat ubi supra nu. 5. † Idq; tanto magis secun-  
10 dum Soc. iun. procedit, quando sollicitator hēt  
magnā affectionē ad causam, p̄ quod etiā ue-  
nit repellēdus, secundū Dec. in d. cōs. 310. col.  
1. in fi. quem citat, adeo, q̄ ubi hæc singulariter  
nō sufficerent, debēt tamē simul iuncta suffice-  
11 re ad eum repellendum, † iuxta illud. Et quæ  
nō profunt singula, multa iuuant, ut p. Spec. &  
Bald. quos citat Firman. in uerf. singula. Sed  
quanta sit huius Iacobi affectio ad causas Sa-  
muelis cōtra Salamōnem, nemo est, q̄ nesciat;  
magna

magna enim, maior & maxima est (vt ita dicā)  
& ego expertus sum, & in facto uidi, omnesque  
hoc sciunt abunde, & ultra prædictos hanc ean-  
dem opinionem tenet Grat. ref. 20. nu. 30. vol.  
2. vbi concludit, sollicitatorē repelli, & si nō cō-  
sequatur stipendia, & allegat Rot. in duabus di-  
uersis decisionibus ab ea, de qua supra, licet  
cas non inuenire potuerim, stat tamen pro hac  
parte & eius decisio, quam etiam amplè confir-  
mat Cassan. consil. 18. nume. 18. vbi secutus Fe-  
12 ly. in dicto cap. cum à nobis. † mouetur: quia  
licet sollicitator non habeat salariū, tamen ex  
quo sollicitauit, si succumbere, esset sibi dede-  
cus, & si obtineret esset sibi honos, vnde ratio-  
ne dedecoris, uel honoris est repellendus. Si-  
cut si haberet salariū tamen repellitur à testi-  
monio propter affectionem, quam præsumitur  
habere, ut tradit Ioan. And. But. & Imol. in ca-  
pit. dilectorum. de test. cog. Imol. in lege si cui  
legetur. §. si Titio. de leg. 1. Alex. consil. 13. col.  
5. nume. 13. volum. 1. & consil. 19. volum. 4. Ias.  
in l. quoties. in fi. C. de iud. & in l. distantibus.  
colu. 2. C. de testa. Ergo pari modo idem di-  
cendum est in sollicitatore, & tanto magis ut re-  
pellatur, licet salariū non habeat, & cum præ-  
dictis quoque concordat Burfatus consil. 20.  
nume. 57. citans Nouellum in regulis iuris. uer-  
bo testis. nume. 14. & Campeg. de testibus re-  
gula 72. & 78. sicut & Crotium eod. tract. num.  
35. & 145.  
Ex quibus manifestè patet, communem opi-  
nio. esse contra Roman. prout sic ad unguem re-  
statutur Oratius Mandos. Rom. in addit. Romani  
in d. consil. 420. post Steph. Aufre. in tract. de re-  
pro. test. uerf. sollicitator.  
13 † Et licet idem Mand. postea laboret in tol-  
lendis rationibus supra deductis, de honore &  
uerecundia, sicut & de affectione, uolens esse se-  
cus inter sollicitatorem & prouocetam, tamen  
negari non potest, quin utroque casu militent,  
si bene considerentur.  
14 † Et quatenus Ang. Rot. Alex. & Cass. in lo-  
cis supra cōmemoratis in salariato locuti sunt,  
non ideo factum est, ut secus esse sentirent in  
non salariato, constituto tamen à domino, im-  
mo idē in eo esse, & tanto magis supposuerunt  
propter rationes supra positas, & sic illum ca-  
sum ut in dubitabilem reliquerunt, & in salaria-  
to locuti sunt, in quo maior erat dubitatio, an  
repelli deberet. Videbatur enim quod non, eā  
mercedem suam habeat, & nihil ultra curet, ta-  
men contrarium determinarunt propter af-  
fectionem, quæ ultra mercedem conuenit,  
merito patet, quod in eorum decisionibus  
pro contraria parte fundamentum fieri non  
potest.  
15 † Et in quantum Mandos. loco citato distin-  
guit, ut per eum, nobis deseruit caput amicitia  
magna, & affectionis intensa consideratum ab  
eo ad repulsionem, quod uerè conuenit huic  
Iacobo, prout supra dixi. Quare ex his primo

dubio satis superque satisfactum puto.

16 † Nunc ad secundum accedens dico aduer-  
tendum esse, quod stante conclusione, de qua  
supra, quod sollicitator repellat, sequitur aper-  
tè, quod ex aliis suppleri non potest: quando  
enim est talis defectus testis, q̄ ipso iure annul-  
lat, puta quia est infamis infamia iuris, tunc cū  
eius dictum sit nullum ipso iure, nō potest sup-  
pleri, per tex. notabile in l. maritus. ff. de quæst.  
17 † quando uerò defectus est talis, qui non ipso  
iure annullat, sed attenuat tantum, & fidem di-  
minuit, puta infamia facti, affinitas, amicitia  
simplex & id genus, & tunc in causa ciuili non  
ardua suppleri potest testis ex aliis, licet in cri-  
minali, uel ciuili ardua secus. Ita distinguendo  
declarat Bald. in lectu. antiqua, Ang. Petr. de  
Ancha. Alex. & Ias. in d. l. si quis ex argentariis.  
§. cogentur. ff. de eden. Idem tradit Bart. consil.  
incip. Quæritur & in dubium: Curt. in tractat.  
de test. in princip. plures accumulans. Corn.  
consil. 42. in fin. vol. 1. & consil. 172. nu. 20. uol. 2.  
Crau. consil. 9. nu. 12. sed sollicitator est prorsus  
inhabilis; omnes enim supra citati in primo  
dubio dicunt, quod repellitur, & nulla fides ei  
datur: ergo sequitur, quod ex aliis suppleri nō  
potest, merito Alex. in d. consil. 55. malè in hoc  
locutus est contra notata per eum in dicto §.  
cogentur, & alios ibi, & in locis supra comme-  
moratis.  
18 † Secundò dico etiam, quod si bene con-  
siderentur Bald. & doct. in d. §. cogentur. uo-  
lunt, quod testes, ex quibus minus idoneus sup-  
pletur, sint multum fide digni, idemque tradit  
Corn. consil. 172. colu. pen. n. 20. vol. 2. quod  
ad hoc ut vnus testis suppleat defectū alterius,  
requiritur, quod sit bene idoneus & integer,  
immo ualde dignus, sed in casu nostro non uide-  
o, quod ista qualitas concurrat in duobus  
aliis testibus subscriptis huic chirografo, im-  
mo totum contrarium: quia & ipsi sunt sub-  
sollicitatores cum dicto Iacobo, & in eius defe-  
ctum, & istud sæpissimè uidi in palatio iuris  
Communis & apud officium xii. Sapientum, &  
iam datæ sunt informationes domino Iudici,  
19 quo casu & ipsi repellendi sunt, † licet secus ef-  
fet, si tantum essent socii, & non sollicitarent, ar-  
gum. l. nam socius. ff. pro soc. & tradit Alberi.  
in d. §. expedita. unde cum & ipsi sint inhables  
prorsus, sequitur, quod istum suplere non pos-  
sunt: fidem enim quam non habent, alteri sup-  
plere non possunt, ita tradit Alex. consil. 93. nu.  
15. uol. 6. Crauet. consil. 99. nu. 10. ubi etiam cō-  
siderat, quod doctores in hac materia dicunt  
quod inhabilitas unius testis suppletur ex habi-  
litate aliorum, non autem dicunt, q̄ fiat supple-  
tio ex inhabilitate aliorū. prout in simili uide-  
mus eos, qui ad tutelam uel curam alterius ac-  
cedunt habilis atatis esse debere, cum sit inci-  
uile eos, qui alieno auxilio egere noscuntur  
aliorum tutelam uel curam subire, sicut. n. illi  
inhables supplere non possunt atate alterius,  
K 3 ita

ita fieri debet in vno vel pluribus testibus inhabilibus, vt fidem sollicitatoris suplere non possint. Et per hæc concluditur, nec istum Iacobum, nec alios in scripto notatos adhibendos esse in testes.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro Salamone Caluo:

ARGVMENTVM.

Quando confessio geminata & iurata reuocari possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio geminata reuocari non potest Sed contra nu. 6. & 20.
- 1 Confessio post terminum datum ad deliberandum non est reuocabilis Sed contra nu. 20.
- 2 Iuramentum facit vt quis dicatur de liberatō ad actum accedere.
- 3 Confessio acceptata prætexit erroris reuocari non potest. Nisi probetur error. 24.
- 4 Error qualiter probetur Et probabilis est quando tractatur de damno vitando. 5.
- 7 Deliberando quis falli potest.
- 8 Notarius asserens quem non esse creditorem alterius, illi non contradicenti non preiudicat.
- 9 Confessio falsa veritatis apparentis substantiam non mutat.
- 9 Ponens confetur fateri, nec talem confessionē potest reuocare Nisi doceat de errore.
- 10 Confessionis assertiue & narratiue differentia.
- 11 Verba enuntiativa in contractibus ad liberationē prolata nunquid inducant dispositionem: Probantq; ad effectum actus gesti. 12. Secus si postea principaliter in dubium reuocentur. 13.
- 14 Confessio relata ad instrumentum tantum probat quantum in eo continetur, non ultra.
- 15 Cessio sine causa facta non valet.
- 16 Exceptio non num. pec. quando renuntiatum fuerit illi cum iuramento. Vel iuratum fuerit omnia & singula fuisse & esse vera nec in aliquo contrasacere. 17. Vel factio perpetuo pacto de non petendo. 18.
- 19 Debitor non cedentis, sed cessionarij quis esse dicitur.
- 21 Glo. in c. ex literis, de diuor. reprobatur.
- 23 Confessio positionum reuocabilis docto de errore.
- 24 Confessionis acceptatio non praiudicat docto errore.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXXX.

**S**AMVEL vsqui in eius fatis prolixo libello contra Salamone Caluū porrecto petit in effectu se conservari indemne per eum à scutis ducentis ab illis de Lantanis, vel eum teneri ad soluendum eos Lantanis ea ratione, quia Salamon cessit Antonio Iacobo Curtio scutos. 675. Cum tamen non esset creditor Samuelis, nisi de scutis 518. vt ex eius confessione patet in instrumento rogato per ser Iacobum de comitibus, qui Curtius per tota summa scutorū 675. molestauit Lantanos, ab eisq; eos exegit, vnde ipsi sequestrari fecerunt Samuelē in carceribus Ferrariæ pro dicta summa scutorū ducentorū, & sic factio & culpa Salamoni ab eis molestatur, cum nō debebat cedere, nisi pro scutis 518. & vt latius in dicto libello. Et licet pro parte Salamoni in scriptura exceptionum suarū dictū fuerit, talem confessionē fuisse erroneam, & ob id reuocari posse, prout sic ibidem fuit reuocata: Anceps tamen (vt audio) residet Iudex excellen. nunquid de iure talis reuocatio procedat: quā (vt in facto premittitur) vltra confessionē, de qua supra, accedit & alia expositionibus Salamoni ponentis omnia & singula cōtenta in dicto instrumento fuisse & esse vera, & sic se non esse creditore Samuelis, nisi de dictis scutis 518. Quia confessione geminata sic stante reuocatio nō conceditur, † quoniam reiteratio deliberationem supponit, gl. notab. in c. si quis iratus. 2. q. 3. sed confessio post terminum datū ad de liberatē respondendū non est reuocabilis, ut not. gl. in c. ex literis. de diuor. Fran. Marci. q. 705. nu. 4. primæ partis. Affl. in c. sacramentū. S. si à iudice. nu. 18. de cōsue. recti feudi: ergo, nec ista reiterata, & ita decidit in specie Rom. conf. 346. nu. 9. Cur. conf. 55. nu. 12. in fi. Soci. in reg. 64. in uers. confessio, fal. 5. Marf. consil. 113. nu. 6. Porti. Immolenf. cōf. 103. nu. 6. post Andr. Sicul. consil. 64. vol. 4. vnde bene dicebat Dionisius de Barigianis. conf. 42. nu. 35. uol. 1. Vltimarum uoluntatum, duas confessiones plus operari quā unā ad robur obligationis inducendum.

2 † Secundō, quia accedit iuramentum, quod facit, ut quis deliberatē & ex certa scientia ad actū accesserit, ut not. Ant. in c. quāuis. de pac. in 6. But. in c. si diligētī. de for. comp. Rom. & Alex. in rub. ff. de uerb. obli. vnde si ex hoc standum est confessioni, non potest error allegari.

3 † Tertiō, quā hæc confessio per partē aduersam prius fuit acceptata, ut ex tenore instrumenti colligitur, vbi inter eius pacta & cōuēctōnes stipulatione hinc inde vallatas est posita, ut ex capitulis

capitulis dicti Salamoni, vbi in ea parte quæ dicit, contenta in dicto instrumento fuisse & esse vera, Samuel respondendo dicit, credit, quod fit, vt prætextu erroris reuocari non possit: ex tali enim acceptatione in cōtractum transiuit. Quare amplius vnus voluntate reuocari non potest, arg. l. sicut C. de actio. & obli. ut per hanc rationem decidit Bal. qui communiter allegatur in l. Gallus. S. 1. ff. de lib. & post. licet in meo codice non reperiam, sed eum refert & sequitur Roman. in l. 1. S. si quis simpliciter. numer. 13. ff. de uerb. obli. & post eum Aretin. & Alciat. colum. fin. Roman. conf. 433. in fin. Cōmendantq; in praxi Alex. & Iafon in l. quicquid astringendæ. in princ. col. fin. ff. de uerb. obli. Cepol. caut. 69. in meo libro, Alex. conf. 90. col. prima uol. primo, quod repetitum est conf. 119. uol. 3. & Idem Alexan. conf. 92. col. fin. uolum. 5. Andr. Sicul. conf. 54. colum. 2. uolum. 2. Catella. Cotta memorialium suorum libro in uers. confessio potest reuocari. colum. 2. And. Tiraq. de retract. in tit. de Retract. conuentionali. S. primo nu. 16. Iaf. postremō in l. error. nume. 3. C. de iur. & fact. ignoran. Ex quibus contra hunc Salamone iuxta ex aduerso petita pronuntiandum videtur.

Quibus tamen non obstantibus ueritas tota in contrarium manet, & pro eius clariori probatione præmittit, quod dictus Samuel longē ante dictum instrumentum cessit in ciuitate Anconæ huic Salamoni primō pro scutis. 518. postmodum alio diuerso tempore ibidem cessit eidem pro scutis 156. & quibusdam solidis. Ita quod ista duæ cessiones coæruatæ ascendeant vsque ad summam scutorum. 675. & de his adsunt instrumenta separata in processu pducta, ex quibus apparet rem aliter se habere, quæ Salamoni ipse postmodum confessus fuerit in instrumento, de quo agitur, † sicq; probando rem aliter se habere, probatur error. l. post diuisionem, ubi Bal. & alii not. C. de iur. & facti ignoran. Soc. conf. 75. nu. 3. uolum. 4. Paris. conf. fin. nu. 29. uolum. 1. & pulchrē Ruin. conf. 10. uol. 3. Dicens, quod error in facto proprio admittitur, & est tolerabilis, quando tractatur de damno vitando: constatq; per instrumentum publicum rem aliter se habere, Idemq; tradit conf. 127. nume. 16. eod. uolu. Paris. conf. 89. nu. 37. uol. 1. Quos citat Rol. à Val. conf. 69. nume. 5. uol. 3. † dicens quod talis probandi modus sufficit, ubi tractatur de damno contentis euitando, adeo quod toleratur tunc error, etiam in facto proprio, & idē tradit Lanfranc. in c. quoniam contra. in uers. confessiones. colum. fin. de probat. Cur. conf. 69. colum. penult. uers. quia uidemus, Guili. Mainer. pulcherrimē in l. nemo potest. num. 54. ff. de regul. iur.

Quibus ita præmissis inferendo ad casum nostrum dico, q; cum Salamon esset huius Samuelis creditor in & de scutis. 675. & in hoc in

strumento dixerit, se esse tantum creditorem de 518. id erroneè processit, non retinens memoria secundum instrumentum cessionis sibi factæ de scutis 156. sed primum tantum de scutis 518. de quo tantum fit mentio in hoc instrumento, non autem de illo secundo, talisq; error, licet in facto proprio Salamoni, tolerari debet, cum de eius damno euitando tractetur, † merito probato errore per eū modo, de quo supra, sequitur aperta conclusio, & communiter recepta, q; hæc confessio sua licet geminata & repetita potuit reuocari: Decisio est in terminis Bal. in l. 1. C. de error. calcul. in 1. notabil. quem sequitur ibi Paul. de Cas. Alex. Iaf. Dominus meus Riminal. & Dec. post Anto. de Alex. quem citat. Idemq; tenet Iaf. in d. l. error. col. pen. Romanus sibi contrarius conf. 391. ut preposita. Vital. in tract. clau. col. 7. ubi de errore loquitur. Ruin. latē conf. 10. num. 18. uol. 3. Paris. conf. si. col. pen. uol. 1. Soc. iun. conf. 180. col. si. uol. 2. Dec. in c. cum causam. nu. 7. de appella. Fel. in c. cum venerabilis. nu. 6. de excep. Marf. in prat. criminal. S. quoniā. nu. 6. Ruin. conf. 10. nu. 18. uol. 3. Ex quibus patet hanc esse cōmunem, prout testatur Oratius Mandos. in addit. Roman. in allegato conf. 346. sub litera B. citans Crau. conf. 112. ponderando eius ultimū dictū, & idē tenet Alex. cōf. 102. col. si. uol. 1. & conf. 69. col. 1. uol. 3. quem citat Rol. à Val. in allegato conf. 69. nu. 49. uol. 3.

7 † Probatur secundum eos: quoniam quis est deliberando potest falli. l. de ætate. S. ex causa, ff. de inter. act.

Secundō, Quod magis urget, considerandū est, quod ista confessio prima, quæ allegatur, nihil facit: eam enim non video in prædicto instrumento, sed tantum in eo notarius asserit, quod dictus Salamon non fuit, & non est creditor, nisi de scutis 518. † cui assertioni, licet ipse non contradixerit, nō tamen ex ea sibi præiudicatur aduersus ueritatem, quæ quomodocunq; cognoscatur, debet semper attendi, & cōtrariæ opinioni siue assertioni præualere. l. fin. ff. de probat. sic in terminis declarat egregiē Soc. iun. in d. conf. 180. nu. 8. uol. 2. quo nihil melius adduci possit.

9 † Confirmatur, nam falsa confessio ueritatis apparentis substantiam non mutat. l. cum falsa C. de iur. & fact. ignor. & ideo licet qui ponit, censetur fateri, quod positū est, Alex. conf. 71. col. 1. uol. 3. Adeo q; nō potest talem confessionem reuocare, tamen id fallit, si doceat de errore, ut post Spec. Aureū concludit Rol. à Val. in alleg. conf. 69. nu. 53. uol. 3. † prædictis accedit quoq; Guili. Mainer. in d. l. nemo potest mutare. nu. 47. ff. de reg. iur. fati in hac opinione conformis: ponens. n. de cōfessione propria extra iudiciali, ut in casu nostro fuit hæc, si cōfessionis nomē mereret, quæ reuocari potest docto demū de errore, sed m. eū, subdit, hoc intelligendū esse si sit assertiua, secus aut si sit narratiua tñ.

Vt si Titius petat decē à Seio hærede Caii, pp hoc.n. nō dicitur confiteri illum esse hæredem Caii, & ob id sibi non præiudicat. argu. l. qui fa milia. vbi glo. & docto. ff. famil. erciscun. Et licet se remittat ad notata per Barto. in l. ex hac scriptura. quæst. pen. ff. de donat. non tamen est quicquam nobis obuium, quo ab hac sententia sit recedēdū. † Quoniam Bart. ibi quærit, an verba enunciatiua in contractibus ad liberatio nem prolata dispositionem inducant, inquit; quōd inducta principaliter propter se dispo sitionem inducunt, secus si ob aliud incidenter per l. iubemus. C. de lib. cau. vbi literæ scriptæ ad Elium vt Decurionem, non probant eum ingenuum, cum non ob id, sed ob aliud, inci denter sic scriptæ fuerunt, quod & in casu no stro commodari potest. Verba enim illa enū ciatiua huius instrumenti, *Perche in effetto detto Salamone non fu, & non e creditore, se non di scudi 518. & il resto del credito spetta a detto Samuele*: non ob id prolata fuerunt, vt ostenderent Sa muellem vltra scutos 518. Salamoni in aliquo non teneri, sed ob aliud incidenter, de quo ibi, videlicet, vt lamæ mille exactæ per dictum Sa muellem à Lantanis cederent ad eius commo dum, meritò ex intentione Bartoli in d. pen. q. sequitur, q̄ dispositionem non inducunt.

12 † Confirmatur vterius, tunc enim verba enun tiatiua probant inter contrahentes per l. optimam C. de cont. & comit. stipul. quādo de effectu illius actus quæritur, in quo plata sunt, exempli gratia, si dicitur. Stichus seruus Titii fuit stipulatus, quantum ad istum effectum, q̄ il la stipulatio valeat & queratur ex ea Titio pro batur, quōd ille Stichus sit seruus Titii, put & in terminis huius instrumenti, quantum ad hoc, vt illa lamæ cedant ad commodum Samuelis, p batur, quōd Salamoni nō est eius creditor vltra dictos scutos 518. ita q̄ prætextu amplioris sum mæ sibi per Samuelem debita non posset eum super dictis lamis molestare. † Sed si postea reuocetur principaliter in dubium in exemplo supra posito, an ille Titius sit dominus illius Sti chi, vel (ut in casu nostro) an vltra scutos. 158. Samuel teneatur Salamoni vsque ad supplemē tum scutorum. 675. Vtique ad istum effectum illa verba enuntiatiua nihil probant, etiam in ter ipsos contrahentes, Decisio est notabilis Ant. de Butr. in c. illud. de præsumpt. sequitur Matef. notab. 79. Bald. in l. ad probationem. in fin. C. locat. Alex. consi. 136. col. fin. lib. 1. Dec. alios citans consi. 213. col. fi. consi. 310. col. pe. Dominus meus Riminaldi. consi. 82. nu. 18. consi. 89. nu. 24. Soc. consi. 19. col. 1. vol. 3. Rub. consi. 17. col. fin. Crau. consi. 29. nu. 3. Paris. consi. 60. nu. 40. uol. 4. Siluan. conf. 62. nu. 16. & 19. Frac. Burfatus conf. 106. nu. 12. Senat. Pedemont. decif. 76. nu. 12. cum simili. Ex quibus iam patet super hac confessione instrumenti contra Salamoniem in hoc uim fieri non posse, aut

14 debere. † Quod uerò ad aliam, quæ colligitur

ex positionibus Salamoniis idem profectò con cludendum puto manifesta ratione: Cum enim in ea relatio habeatur ad dictum instru mentum, nihil potest operari, nisi quatenus in illo instrumento reperitur, iuxta nota. per Bal. in l. 2. versic. vterius nota. C. de error. Aduoc. & in auten. si quis in aliquo. C. de edend. sicq; in specie declarat in terminis nostris Soci. iu. in d. conf. 180. nu. 84. volu. secundo. & Dec. in c. cum venerabilis. nu. 17. de except. Sed illud instrumentū in casu nostro Salamoni non præ iudicat, vt ex supra deductis: ergo nec ista con fessio illud respiciens præiudicare potest.

Tertiò, clarum est, quōd vltra primam ces sionem Samuel & secundam fecit huic Salamoni de illo residuo vsque ad scutos 675. pro toti dem, quæ ipse confessus fuit se habuisse & rece pisse à Salamone, vt in secundo instrumento 15 rogato per Pauesium continetur, † vbi cum de causa cessionis appareat, sine dubio cefsio valet: tunc enim demum est nulla, quando re peritur facta sine aliqua causa, vel titulo, puta uenditionis, donationis, vel simili. l. per diuer sas. & ibi per glo. & omnes C. mand. gloss. Cin. Bal. & alii in l. secūda. C. ne lic. pot. cum aliis, quæ citat Alex. consi. 136. colum. pen. vol. 2. & Ruin. post eum consi. 72. num. 2. volu. 1. Nec cōtra talem confessionem potuit Samuel op ponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, 16 prout in quadam scriptura fecit: † talis enim exceptio cessat, non solum quando & renun tiatum fuit cum instrumento, vt tradit Bart. in l. fin. C. de non numer. pecun. & post eum Ang. ibi Soci. consi. 80. col. pen. vol. 1. eiusq; nepos Soc. Iun. consi. 50. in fin. uol. 1. Quod in casu no stro concurrat, ut patet ex clausula, renuntians dictus Samuel &c. & iuramento postea subie 17 to. † Sed etiam quando de tali renuntiatio ne non appareat in instrumento, tamen aliquid quod est equipollens bene reperitur appositū: vt quia pars iurauit omnia prædicta fuisse & ef se uera, & in aliquo non cōtrafacere, nec con trauenire: propter enim tale iuramentum as fertiūm non potest opponere exceptionem non nume. pecun. quia ueniret contra iura mentum, & detegeret turpitudinem suam non detectam, contra not. in l. aliàs. ff. de iur. iura. Ita Bal. Cast. & Salic. in d. l. fi. Soc. abundè. cōf. 61. col. 2. uol. 1. Imol. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falci. cum simi. de quibus ponit Emanuel Cost. in repet. l. si ex cautione. fallentia prima & 9. C. de non numer. pecun. sed hoc in isto in strumento reperitur in ampla clausula, in uerf. Quæ omnia & singula &c. meritò talis excep tio opponi non potest.

Confirmaturque hoc vterius, nā dictus Sa muel etiā de dictis scutis. 156. usque ad supple mentum scutorum. 675. quos confessus fuit ha buisse & recepisse à dicto Salamone, † fecit ei pactum perpetuum de non petendo, ut in instrumēto dicitur, quod pactum sic expressum operatur,

operatur, ut exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non possit, vt tradit eleganter Ruin. consi. 73. col. fin. vol. 4. ex deductis per eū, quæ cum ita sint, potuit hic Salamoni totum istud creditū isti Curtio cedere, quod sibi prius fue rat acquisitum ex illis duabus cessionibus, arg. l. traditio. ff. de acquiren. rer. domin. Ille verò Curtius si egit contra Lantanos, aut ad totum egit ante lamas solutas per eos Samueli, & rectè egit, nec illi ex hoc possunt conueniri contra Samuelem, nec ille contra Salamo nem, sed bene eis imputandum est. Qui po stea dictas lamas soluerunt illi, qui non erat 19 amplius eorum creditor, † sed Salamoni eius cessionarius, & subinde Curtius dicti Salamo nis cessionarius, iuxta no. per Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de cefs. act. in rub. Roman. cōf. 142. Iac. Butr. in l. 1. ff. si cer. pet. & ibi Alexan. Dec. & alii Repet. Soc. Iun. consi. 17. num. 7. vol. 2. Dicentes, quōd cessionarius est creditor eius contra quem sibi fuit facta cefsio. Aut ue rò post solutas lamas Samueli per Lantanos cō tra eos egit, & adhuc ipsi non potuerunt recūsa re soluere totum Curtio, bene uerum est, quōd potuerunt habere recursum contra Samuelem qui nō sū ab eis exegit, & quod erat restitutu rus, cum iam totum Salamoni cefsisset: sed nō per hoc potest ipse Salamoniem molestare: sic enim ueniret contra cefsiones ab eo factas, & contra iuramentum ibi per eum interpositum, meritò Salamoni ex his omnino à petitis venit absolendus.

Et hanc partem tenendo facilis redditur so lutio ad contraria. † Ad primū nanque, quod fundatur in notatis per glof. in d. c. ex literis. vbi confessio deliberata post terminum datū ad respondendum, non est reuocabilis, ergo nec ista reiterata tanquam deliberata. Respon detur id uerum non esse, immo contrarium te net Ioā. And. in c. fin. de iur. iur. in 6. Arch. & Butr. in c. fin. de confes. Bal. in l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iur. iur. & in d. l. error. col. pen. subdens, quōd etiam deliberādo, quis potest falli, & sic secūdum prædictos Doct. glo. in d. c. ex literis. non est uera, & ultra eos eam impugnat Rom. in d. conf. 391. & post eum Mā dos. in additionibus ad eum, Rim. in d. consi. 10. nu. 18. vol. 3. Ias. in d. l. error. ad fin. Alex. in 21 d. l. 1. C. de error. calc. † & secundum eum, si illa gl. esset uera, sequeretur, quōd confessio facta per reum in litis contestatione non pos set aliquo modo reuocari: quia oblato libello reo dantur dilationes deliberatoriæ, authē. offeratur. C. de lit. contest. & tamen certum est talem confessionem posse postea reuocari, per regulam d. l. error. & vltra Alex. idem Ruin. cō siderat in d. consi. 10.

22 † Ad secundum uerò de iuramento dico, q̄ Doctores supra citati loquuntur, stante etiam confessione iurata, sic Soci. Iun. & Ruin. & ante eos Anton. de Butr. in c. fi. de confes. Rom.

in d. consi. 391. in l. si uerò. S. de viro, in 31. fal. ff. solut. matrim. Bal. in l. de tutela. col. 2. C. de integ. rest. min. & in d. l. error. ubi sequitur Ias. in fin. concludentes omnes eam prætextu erro ris posse reuocari. † Comprobaturque secun dum Ruin. in d. consi. 10. optima ratione. Nā quis positionibus respondet cum iuramento, ut not. glof. in c. 1. de confes. in 6. & tamen con fessionem factam respondendo positionibus potest reuocare prætextu erroris, secūdū Bar. in d. l. error.

24 † Ad tertium uerò respondetur, illud pro cedere non probato errore, & ita omnes docto res supra citati loquuntur, sed errore probato nihil impedit acceptatio, quominus reuocatio ni sit locus secundum eos, quibus addo Domi num meum Riminaldum idem latè firmantem consi. 372. nu. 27. sicque cōmuniter Bal. intel ligitur in d. l. Gallus, ut per Alex. patet in d. cōf. 90. in d. l. quicquid astringendæ, & post eū Ias. in fin. princ. Tiraquel. in d. S. 1. & abundè Mars. sing. 315.

Ex quibus omnino concluditur, reuocatio ni factæ locum fuisse & esse, sicque quatenus opus sit, pronuntiandum fore, à petitisque Sa lamoniem absolendum esse.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro quodam nobile incerto.

ARGUMENTVM.

Confiscationem bonorum ad futura non trahi legitimam in fideicommissō non compre hendi, nec in eam fructus computari. præter eam trebellianicam deduci per filium sub conditione grauatum. nec ei prohiberi posse, nec in eam fructus imputari. Confiscatio nemque bonorum prohiberi posse sicut & legitimam minori, & alia præclara.

S Y M M A R I V M.

- 1 Bona de iure communi regulariter non confiscantur.
- 2 Iura conditionalia ex contractu transunt in hæ redem & fiscum. 5.
- 3 Fiscus locum hæredis tenet. Et pro debitis delinquentis tenetur. Et actionibus dependētib; à bonis confiscatis agit & conuenitur. 4.
- 6 Donatarius & hæres simul eligere potest ex quo ca pite velit res consequi.
- 7 Donatione facta alicui cum pacto, quōd eo mortuo res sint ecclesie. potest ei per donatorem tale pa ctum remitti.
- 8 Confiscatio bonorum futura non comprehendit. 45. 46.
- 9 Declaratio retrotrahitur. Quia nihil de nouo inducit.
- 10 Fideicommissum dicitur onus & gramen. Legi.

- 11 Legitima prohiberi non potest. Nec etiam per legata pia minui. 12. Et est communis opi. Fallit si minori prohibita fuerit. 58. Sive ad certum tempus sive simpliciter. 61 Declarando tamen ut per auctorem. 62.
- 13 Legitima non venit in fideicommissis. Et de ratione. 14.
- 14 Dispositio simplex non porrigitur ad casum de quo particulariter disponi non potest.
- 15 Pater grauando filium non videtur respectu legitime cum grauasse. Nec in generali restitutione de illa sensisse. 16.
- 17 Legitima non patitur imputationem fructuum.
- 17 Fructus non imputantur in legitimam.
- 18 Filius sub conditione grauatus potest duas quartas deducere. Que sententia communis est 19. Et eam consuetudo mundi approbat. Totusq. mundus seruatur.
- 20 Trebellianica in filiis primi gradus non patitur imputationem fructuum.
- 20 Fructus non imputantur in Trebellianicam filiis primi gradus. Et est magis communis opi. 21. Et passim ob eius aequitatem filiorumq. fauore usque recepta. 25. Et per totum mundum. 26. Nec ab ea in iudicando & consulendo recedendum est. Et receptissima. 27. Licet Castrensis & alii quidam contraxerint. 22. Plures enim vigent in contrarium. 23. Crauetaque non deliberans in alteram partem reijciatur. 24. Quid autem si filius grauatus sit restituere transfuersali testatoris. 27.
- 28 Trebellianica filiis primi gradus prohiberi potest. Sed longe plures id negant. 29. Et equiorem, veriore, magisque communem sententur. 30. Procedit tamen quando una tantum quarta venis deducenda secundum Castrensem & sequaces. 31. Sed contra per auctorem. 32. Et alios relatos. 33.
- 32 Filius pure rogatus legitimam tantum detrahit.
- 34 Castrensis. in l. mulier. S. cum proponeretur. ff. ad treb. & consilio 92. in antiquis alias. 188. vol. 2. declaratur.
- 34 Pater disponere potest, quod filius computet fructus in Trebellianicam, quando dua quarta veniunt detrahenda. Quod auctor non probat.
- 35 Paris. Decius & Crauetaxantur.
- 36 Pater disponere potest quod Trebellianica computetur in legitimam ubi dua quarta veniunt detrahenda. Sed est opinio periculosa. 39. Aut procedit quando filius erat debitor patris. 42.
- 37 Trebellianica dato quod indirecte filius prohiberi possit, directe tamen secus. 38.
- 39 L. Lucius. S. maritus. ff. ad treb. declaratur.

- 40 Trebellianica si minui non potest, multo minus tolli.
- 42 Confiscatio bonorum prohiberi non potest per testatorem velut in fraudem fisci factum. Sed auctor contra post plures. 50. 63.
- 43 Donatio seu venditio bonorum facta si contingat fieri delictum, non valet ut in fraudem fisci facta.
- 44 Bona fideicommissis subiecta secundo delicto grauati confiscantur cum sua causa. id est ut eo mortuo restituantur. quod declaratur. 64. Fallit si fuerint expresse prohibita alienari, quia nec eo uiuente confiscantur. 48. 59.
- 47 Delictum patris nocet filio, quando ad patrem commodum rediret.
- 51 Trebellianica dicitur prohibita, quando alienatio bonorum fuit prohibita. Etiam in filiis primi gradus. 52. Non ratione Ruini. 53. Sed alia per auctorem. 54. Declarando tamen ut per eum. 55.
- 55 Trebellianica cessat a probato testamento, in quo fuit prohibita, licet Curt. & alii contra. 56.
- 57 Legitima rejicit omne grauamen. Fallit in minore. 58.
- 58 Minor non potest renuntiare prohibitioni alienationis sibi facta per testatorem. Saltem remoto iuramento. 59.
- 60 Legitima potestior Trebellianica.
- 60 Trebellianica minori prohiberi potest & quomodo.
- 61 Prohibitio facta minori cessat eo maiore facto. 62.
- 63 Dolo non facit utens suo iure.

Auxilium meum a Domino.

CONSILIVM CXXXI.

Propositur, quod duo fratres mutuam amorem volentes inter se ac eorum posteros demonstrare, alter alteri vicissim omnia bona sua presentia donauit pura ac simplici donatione inter viuos, executionem tamen habitura duntaxat post mortem donantis & morientis sine filiis masculis legitimis & naturalibus, quod si contingeret pramorientem ex eis filios superstitis relinquere, conuenit fuit in eis quoque talem donationem locum habituram, altero postea mortuo sine filiis, in eaq. publico instrumento vallata iuramentum utrinque cum ceteris clausulis oportunitis fuit appositum. Demum post aliquot annos alter ex eis die functus est duobus filiis masculis legitimis & naturalibus & fratre suo viuis delictis, condito prius suo ultimo testamento, in quo filios suos in legitima instituit, vniuersalemque heredem suum fecit eius uxorem seruante tamē uitam castam & vidualem, aut hoc ea non faciente, vel mortua filios vniuersaliter instituit. Quibus decessentibus cum filiis masculis eos sic decessenti substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, priuans quemcumque descendenti, & filiorum suorum, si attentauerit per se, vel per interpositam personam, aut machinaretur facere aliquod delictum, pre-

propter quod bona venient confiscanda in totum seu pro parte aliqua de iure, vel ex forma statutorum, statim ipsi iure, & facto ante delicti ipsius consummationem eam portionem ad alios transferens ordine successiuo, & secundum graduum proximitatem. Quoniam voluntas sua semper fuit & est, & semper erit, quod dicti filij sui, & descendentes non possint attentare aliquod delictum, ut supra, propter quod bona hereditatis sue veniant confiscanda in totum aut pro parte aliqua, & propter hoc ante ipsius delicti consummationem transtulit dictam suam hereditatem, & eius bona pro ea parte predicti sic tentantis, vel machinantis facere aliquod delictum, ut supra, ipso iure & facto ad alios supra nominatos. Insuper prohibuit expresse scire dicens vires sui patrimonij dictis filiis Trebellianicam, aut aliquam partem detrabere de bonis hereditatis sue: quoniam voluit ea omnia bona conservari in infinitum in descendentes masculos, & ultra, bona sua expressim alienari prohibuit, omnemq. contractum, & actum, ex quo alienatio sequeretur, vel qui in fraudem alienationis fieri presumeretur, vel presumi posset bonorum hereditatis sue, & si ad actum alienationis aliquem, & venditionem deuenit fuerit per heredes suos ex nunc prois ex tunc, & contra ipsi derogauit, & expresse derogatum esse voluit: quoniam ea omnia bona sua voluit seruari in infinitum in descendentes masculos, ut supra praemissum est. Ita prudens hic testator, qui & Clar. Jurisconsultus fuit, ordinauit, eo vero mortuo post aliquot annos uiuente adhuc patruo contigit alterum ex dictis testatoris filijs homicidium quoddam committere, quo facto fiscus insurrexit ad publicationem bonorum huius delinquentis celebrandam.



VIDENDVM de duobus in proposito Themate. Primo, quid iuris sit respectu bonorum patrum donatorum fratri, & eo pramoriente, ut nepotibus suis, quid dici debeat de eorum dimidia ad hunc delinquentem spectante. Secundo, quid tenendum respectu bonorum testatoris, ex parte cuius stat testamentum, de quo supra.

1 Circa primum videbatur indubitatem prima fronte dicendum, bona non confiscentur, auct. bona danatorum, & in corpore vnde sumitur. C. de bon. prof. & ibi notatur, ponit Oldrad. conf. 17. col. 2. Placentinus in tract. de accusat. titu. 7. nu. 13. & Boeri. in tract. de feditiosis. nu. 31. Plotus conf. 130. num. 88. primo Tomo criminali. vbi per hoc infert, bona clericorum licet essent homicidæ non confiscantur ex constitutione Mediolani, cum illi clericis non subiiciantur. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & ibi Doctores. tamen stante statu nostro, quod confiscationem inducit, rata dictæ donationis ad eum spectantis post mortem patrum veniret publicanda. † Iura enim conditionalia ex contractu, cum spe sint transitoria in heredem. S. ex conditionalia. inst. de verb. oblig. pari modo

3 transeunt in fiscum, † qui locum hæredis tenet l. tutores. C. ad l. Iul. de vi. Bal. in l. 1. C. de bo. lib. Mart. Laud. in tract. de priuileg. fisc. quest. 86. & Francisc. Luca. in eodem tract. num. 4. Vnde videmus, eum teneri pro debitis delinquentis, nec tertios possessores molestari posse quatenus bona delinquentis, quæ fiscus habet, sufficiunt, ut tradit Bal. conf. 359. quemadmodum Imperator, nu. 8. vol. 3. Plotus latius in allegato cōsi. 130. nu. 83. † & in fiscum transeunt iura actiua & passiuia. l. 2. C. ad l. Iuliam de vi. Ang. & Ias. in l. ex facto. §. vltimo. ff. de vulg. & pupil. Menoch. in tractat. de adipiscen. possess. reme. 4. nu. 300. Roman. conf. 73. nu. 1. vbi dicit, quod quasi hæres extraneus estimandus est, & ideo iura quæcunque eius, cuius bona confiscantur, transeunt in fiscum, velut in heredem extraneum, idemque Roman. conf. 93. & in addit. Orat. Mād. post Dec. in l. in pari causa. §. si quis. ff. de regu. iur. Martinus Garratus Laudensis conf. 59. nu. 6. primo Tomo criminali. dicens quod cum fiscus sit loco hæredis, actionibus de pendentibus à bonis confiscatis agit & conuenitur. † Ideo iura prædicta confiscantur, ut probatur per casum apertum in l. inter focerum. §. fin. ff. de pact. dot. & ibi not. Salic. vbi cōditio ne impleta ex stipulatione de dote reddenda agit fiscus, in quem transfuerunt bona stipulatoris, idemque decidit Imol. in l. non ad ea. quam legit cum lege quod traditum. & post eum Alex. in addit. Bart. ff. de cond. & demonstrat. & idē tradit Alex. in l. 3. §. illud. ff. quod quifque iuris. Cur. in addit. ad eum, rationem adducens, & Roman. conf. 247. in prin.

6 † Istit tamen non obstantibus contrarium in presenti casu dicendum est. Moueor, ut enim ex instrumento prædictæ donationis apparet, voluerunt ipsi fratres inuicem donatores, & si cōtingeret decessentem sine filiis masculis ab intestato decedere, vel etiam ex testamento, aut codicillis sibi heredem facere fratrem superstitem, seu filios iam prædefuncti, liceat & licitum sit ante, vel post casum prædicti dicto fratri superstiti seu filiis superstitibus, vni, vel pluribus ea omnia bona & iura, si voluerit, aut voluerint habere, & retinere titulo hæreditario, & non iure prædictæ donationis, & ipso de clarante, vel ipsis declarantibus velle habere titulo hæreditario à defuncto, præsens donatio habeatur pro non facta, cum sufficiat tali modo etiam bona inter fratres & filios eorum cōseruari. Quo pacto sic stâte, dico per illud sublatum fuisse ius, quod fisco potuisset competere facta donatione sine tali pacto, casu quo alter ex donatoribus, vel filij sui eo pramorientem deliquissent. † Probat hoc ex his, quæ ponit Bart. in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verbo. oblig. vbi ponit quæstionem, quod si quis donauit fundum alicui cum hoc, quod post eius mortem esset talis ecclesiæ, nihilominus potest donator remittere tale pactum donatorio in

in præiudicium ecclesie, cum nondum sibi perfectè fuisset ius quæsitum, vt ibi latius per eum, quem Imol. Cuman. Besut. Alex. Aret. Soc. & plures alii communiter sequuntur, vt ibi Ias. restatur. nu. 14. quibus addo decis. Neap. 111. nu. 7. Crau. col. 135. nu. 10. post Alex. col. 204. col. fin. vol. 7. D. meum Riminal. consi. 21. in princ. Ruin. consi. 7. colum. 2. vol. 1. Sic enim & in casu nostro dicendum est, nam facta donatione, eiusque executione collata post mortem, nondum erat ius quæsitum fisco, in casu delicti committendi per Donatarium, vel eius filios, nisi delicto commissio, à quo tempore citra incipit bar fisco ius habere in bonis donantis. Potuit ergo alter donator, & alter alteri conferre electionem, de qua supra, per quam ius tunc fisco quærendum sibi tolleretur, sicut in quæstione Bar. supra decisum videmus per eum, & alios communiter. vnde si nunc temporis, quò iste deliquit, eligat prout elegit, sicque intentione suam expresse declarauit, se velle hæc bona consequi iure hæreditario, non donationis, casu quo patruus eius præmoriatur secundum terminos in instrumento positos, dicendum est ius omne ipsius fisci tolli, atque annihilari, cum istud facit auctoritate dicti patris sui, qui ei ab initio hanc licentiam dedit tempore donationis factæ, quo tempore fisco nullum adhuc ius competeat, eaque subinde declaratione facta nihil impedit quominus hæc bona, secuta morte patris quodcumque capere possit. † hæc enim sibi nouiter obuenient, & nunquam ante sibi fuerunt quæsitæ, meritò in publicatione bonorum uenire non debent. in qua futura non veniunt. l. si mandauero tibi. §. is cuius. ff. mandat. Bart. in l. certa forma. per illum tex. & ibi Alex. in addit. C. de iur. fisc. lib. 10. plenius in l. 1. col. fin. ff. de bon. damn. Bal. & Aret. in l. eius qui. §. 1. per illum tex. ff. de testa. Paul. de Cast. consi. 56. vol. 1. Nell. in tract. Banni. in prima parte secundi temporis, quæst. 18. Alex. col. 23. col. 2. vol. 1. in l. si marito, in princ. ff. solut. matri. Bal. Ang. Alex. & Dec. l. d. §. illud, Dec. consi. 235. col. pen. num. 5. consi. 438. nu. 10. D. meus Riminal. consi. 243. num. 77. Soc. Iunior consi. 51. vol. 1. Plotus consi. 130. num. 57. primo Tomo criminal. vbi dicit, quòd si filius in vita patris comiserit homicidium, deinde sibi per mortem patris hæreditatem deferri, eam in fiscum non venire, per allegata per eum.

Nec dicatur, istam declarationem fuisse factam per istum post ius quæsitum fisco, nempe de licto iam per eum commissio, ergo eam non valere in præiudicium fisci. † Quoniam dico, naturam declarationis eam fore, vt retrahatur ad tempus factæ dispositionis ante quæsitum ius tertio: meritò præiudicat ei, decisio est elegans Pauli de Cast. in l. hæredes palam. §. si quid post. col. 1. & 2. ff. de testam. vbi dicit, quòd Papa multoties facit declarationes circa gratias factas per eum, quæ præiudicant aliis,

quibus erat ius quæsitum, quasi à principio fuerit hoc dictum, quo tempore non erat ius alteri quæsitum, arg. illius tex. & cum Paulo de Castr. tenet Dec. in l. edita, nu. 49. C. de eden. & col. 229. in fin. Ruin. consi. 76. nu. 10. in fin. vol. 5. D. meus Riminal. consi. 371. nu. 17. vbi dicit, quòd declaratio refert ad præcedentia, & nihil inducit de nouo. vnde Bolsius in tit. de Mand. ad homici. nu. 56. dicit, quòd vbi reus possit se ipsum declarare, credit vt etiam ex interuallo possit: quia qui declarat nihil de nouo inducit d. §. si quid post. c. pastoralis. §. 1. & ibi Abb. de app. tantoque magis: quia fuit in pacto dictum & conclusum, quòd declaratio quodcumque facta, ceseatur facta, prout vtilius erit declaranti, vnde licet facta fuerit post delictum, censetur tñ ante facta, cū sic magis expediat declaranti.

Et tenendo hæc partem vnico uerbo resolutur contraria: procederent enim, si donatio tantum esset facta sine hac facultate eligendi, & capiendi bona iure hæreditario.

Vnde primo dubio sic expedito, ad secundum uenio. In quo dicendum videbatur, non obstare fideicomisso testatoris, bona eius debere publicari, quòd ad legitimam & Trebellianicam spectantem ad hunc delinquentem. † Nā respectu legitime clarū est, quod fideicommissū alicui iniunctum dñ esse grauamē. l. coheredi. §. cū filiis, & ibi no. ff. de vulg. & pupil. Soc. Iun. consi. 1. nu. 4. vol. 3. Cefal. consi. 67. nu. 27. Rolan. à Val. consi. 46. nu. 2. vol. 3. Craue. col. 161. nu. 9. & Natta col. 200. in fi. vbi per hoc insert in dubio fieri interpretationē, fideicommissio locū non esse. Sed de legitima filii omne onus & grauamē reicitur.

11 l. qm̄ in prioribus. C. de inoffi. testamen. † hinc prohiberi non pot, vt per omnes in autent. nouissima. vbi Ias. C. de inoffi. testam. Rol. à Vall. consi. 36. num. 22. vol. 3. † nec per legata licet ad pias causas minui. c. quicumque vult. 15. q. vlt. glof. in uers. simili, in l. si quis ad declinandā. C. de epis. & Cle. Alex. col. 45. col. pen. vol. 1. Cor. col. 148. col. 1. vol. 4. latè Rolan. à Val. col. 26. n. 21. & col. 39. n. 26. vol. 3. cū sequētib. qd̄ etiā pulcrè defendit Fernad. Vasquius lib. 1. de success. crea. §. 10. n. 45. 1. I. repe. dicte leg. qm̄ in prioribus, aduersus Roderic. Suarez ibi dē & Felinū i c. ecclesia. S. Mariz. col. 33. de cōsti. qd̄ nō p̄ sequor velut extra rē nram. † Meritò dicēdū est, quod ipsa legitima in fideicommissio iniuncto filio nō veniat, vt determinat Alex. col. 65. in prin. vol. 4. Romā. consi. 185. in princ. & col. 239. in prin. Fulg. col. 19. & col. 87. in 2. du bio Cuman. col. 25. Frācisus. col. 2. Dec. consi. 81. in prin. col. 236. col. 238. n. 40. & col. 419. n. 1. Ruin. col. 57. nu. 3. vol. 2. Paris. consi. 55. nu. 22. uol. 2. Grat. resp. 9. nu. 12. vol. 2. Et hanc esse ueram & communem opinionem testatur Vasquius in d. l. quoniam in prioribus, post Rodericum Suarez, qui non modo eam communem appellat, sed & indifferenter receptam ratione confirmans vt per eum.

Con-

Confirmatur ista conclusio. Nam ex quo patet filium in legitima grauare non potest d. l. quoniam, sequitur, quòd fideicommissum ei simpliciter iniunctum non intelligitur respectu legitime: quia dispositio simpliciter facta non porrigitur ad casum, in quo quis non habet potestatem, vt not. Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutel. Bal. in l. si. §. in computatione. C. de iure delib. Luc. de Penna in l. fin. C. de exact. trib. lib. 10. Dec. in cap. 1. lect. 2. in glof. ab omnibus. de consit. & consi. 504. col. 1. Crau. consi. 106. nu. 6. & ita hanc rationem perpendit Dec. in d. consi. 81. & consi. 218.

15 nu. 3. vbi hanc conclusionem repetit: † Quinimmo testator grauando filium restituere hæreditatem, non videtur eum, etiam si posset, in dubio grauasse in legitima, secundum Ang. Castren. & Alex. in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. Imol. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. & in c. Raynuntius. de testam. in materia compendiosa, † quo fit, vt in generali restitutione nō videatur de legitima sensisse. Ita hæc rationem perpendit Ruin. in d. consi. 57. nu. 20. & consi. 58. nu. 9. vol. 2. meritò dicendum est ex his legitimam huius filii in publicatione bonorum venire tanquam à fideicommissio penitus exceptā.

17 † Nec ad exclusionem fisci opponi pot, hunc complures fructus percepisse, id eo eos in legitimam computandos esse per l. Papin. §. vnde si quis. ff. de inoff. test. secundum unam lecturam: Veritas enim est in contrarium, uidelicet fructus in legitimam non imputari, cum de substantia bonorum patris veniat detrahenda. l. final. §. repletionem. C. de inoff. testam. & ibi hoc notat Bald. Castren. Salic. & alii, maximè Iason me. 9. plures alios citans, idemque tenet Rube. consi. 39. nume. 3. Ancha. consi. 128. nume. 2. Barb. consi. 63. colum. 3. vol. 3. Corn. consi. 265. col. 1. volum. 1. cum aliis per Socin. Iunior. deductis consi. 63. col. 2. volum. 2. Alex. de Neuo consi. 75. nume. 2. Roman. & abundè Oratius Mand. in addit. ad eum consi. 189. Vasquius lib. 3. de successio. crea. §. 30. nume. 231. vbi interpretatur legem omnimodo. §. imputari. C. de inoff. test. vbi dicit textus, in legitimam imputari, quod filius consecutus fuit ex pecuniis defuncti. Nam pecunia appellacione res omnes continentur l. 2. cum Glo. C. de consti. pec. l. pecunia. ff. de verbor. signif. sed fructus, qui post mortem patris percipiuntur à filio, nunquam patris fuerunt, ergo non debent in legitimam imputari, sicutque ponderatio Corraffis. in l. filium, quem habentem, nume. 91. C. famil. ercif. & textus in §. vnde si quis, corrigitur secundum Castren. ibi, Bartol. & Angel. & alios.

18 † Quò uerò ad Trebellianicam clara est conclusio in primis in iure, quòd vbi fideicommissum non purè, sed sub conditione relicum reperitur, prout in casu proposito, ubi filii decedentibus cum filiis masculis, tales substituti

sunt vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, & sic nō statim filii testatoris grauati sunt, sed post mortem. Duæ quartæ veniunt detrahendæ, legitima videlicet & Trebellianica, vt notatur. in d. c. Rainutius. Bartol. & alii post glo. in l. Papinianus. §. menimisse. ff. de inoff. testam. & ibi dicit Angel. quòd in iudiciis, & in scholis ista opinio communiter approbatur, & tradit Alex. in l. in rōnc. §. quod vulgò. ff. ad l. Fal. in consi. 26. col. fin. vol. 1. cum aliis copiosè deductis per Dec. consi. 236. consi. 238. nume. 4. consi. 320. nu. 3. & consi. 419. in princ. dec. Neap. 367. nu. 4. Ruin. consi. 143. nu. 12. vol. 2. Paris. consi. 25. nu. 30. vol. 2. Corn. consi. 104. nu. 4. vol. 4. Ias. consi. 43. col. pen. vol. 3. Gozad. consi. 104. nu. 24. Aret. consi. 27. nu. 2. Alex. col. 19250. nu. 3. vol. 6. † Abb. consi. 17. num. 14. qui communem testatur, sicut & Cagnol. in d. §. meminisse Neuizan. consi. 32. nu. 17. Natta consi. 255. nu. 5. Petrus de Barbo. consi. 137. vol. 1. vltimarum voluntatū, nu. 25. vbi dicit hanc opinionem communem seruare consuetudinē, & pulchrè Christofor. de Castellio. consi. 58. num. 5. vbi dicit, quòd quicquid iuris subtilitatis teneat, cōmunis mundi cōsuetudo approbat & obseruat hanc. opi. pro qua cum Canonistæ habeat text. expressos in c. Raynuntius. & in c. Rainaldus. de testa. Itandum est eorum determinationi etiā in foro civili. Nam etiam auctoritates Doctorum cedere debent auctoritati Petri Apostoli. Hancque sententiā pariter probat Rol. à Val. col. 26. nu. 23. vol. 3. citas inter ceteros Guid. Papæ decis. 52. vbi dicit eam seruari tam in curia parlamenti, quam in aliis inferioribus patriæ Delphinatus, & quod ita etiam practicitur & seruat totus mundus. additque Ripam in l. in fideicommissariā, num. 30. ff. ad treb. & Alciatum respon. 572. vnde hic filius testatoris potuit ac potest has duas quartas detrahere, & sicut respectu legitime supra conclusum est, fructus perceptos in eam non computari, † sic & in Trebellianica concludendum est. Non enim filii primi gradus fructus imputantur in Trebellianicam, etiam quando duæ quartæ ueniunt detrahendæ, vt colligitur apertè ex verbis Bart. in l. quod de bonis. §. quod Auus. ff. ad l. Fal. quæ ponderat ibidem Alex. sequendo Bartolum, idemque tenet Ang. consi. 124. incipiente Iolus Domini Dalmatii, col. fin. & fuit de mente Bart. in l. iubemus C. ad Trebel. vbi Salic. & alii Moder. hoc firmat, Rom. consi. 206. 21 nu. 6. † & post eum Orat. Mand. in addit. vbi dicit hanc esse magis communem, & passim ob eius æquitatem, filiorumque fauore vsu receptam plures allegando, idemque tradit Cor. latè consi. 180. num. 13. vol. 4. Claud. Aquen. in l. mulier. §. cum proponeretur. nu. 4. ff. ad Trebell. licet opponat & non soluat, cui tamen respondet & Picus in l. in quartam. ff. ad l. Falc. dicēs hanc esse communem opinionē à qua in iudicando & consulendo non est recedendum, eamque



eamque tenet etiam late Soc. Iun. conf. 132. col. l. uol. 1. Ruin. conf. 21. nu. 2. uol. 3. Gozad. conf. 81. nu. 15. conf. 104. nu. 24. Grat. resp. 21. num. 54. uol. 2. Rip. in l. in fideicommissaria. n. 30. ff. ad Trebellia. Paris. conf. 9. col. 2. vol. 2.

22 † Quicquid contradixerit Paul. de Castro in d. S. cum proponeret, & post eum Alex. col. 4. Paul. de Cast. in l. scimus, in prin. C. de inoff. testam. & conf. 92. quia dubia, quod in meo libro est consilium. 88. uol. 2. Ias. in d. consil. 43. col. penult. vol. 3. Rub. conf. 73. nu. 11. Curt. conf. 51. nu. 27. Gozad. conf. 45. nu. 22. Carel. Cot. memor. suorum libro in vers. filius grauatus, † plures. n. versantur pro prima opinio. & idē Paul. de Cast. d. l. iubemus, dicit, q̄ est secun- rior pars. Rursusq̄; idē Alex. d. col. 250. uol. 6. relata opin. Castrensis in d. S. cum proponere tur, inquit, quod est decisio noua, nec eam ponit pro constanti, vnde super eis fundamentū

24 fieri non potest, sicuti nec super Craue. conf. 16. colu. fin. qui refert tenentes hanc & illam opinionem, nec in alterutram deliberat, sed tā tum addit, standum esse obseruantie Curiarū, sicq̄; iudicandum esse, prout hactenus est consuetum. l. minimē. ff. de legi. Vnde nos qui de hoc stilo procedendi sumus ancipites, primæ opinioni adheremus, quod fructus non com- putentur in Trebellianicam, licet duæ quartæ ueniant detrahendæ, sicq̄; etiam firmat Ruin. & Berengar. in d. l. in quartam. Couaru. in c. Rainutius. §. 1. num. e. 4. & 8. de testam. Bero. conf. 78. nume. 36. & conf. 138. num. 5. uol. 2.

25 Iacob. Emil. conf. 13. † & æquiorē ac com- muniorem appellat Bursat. conf. 44. num. 17. Idemq̄; late tenet Hieron. Lauren. in l. in fideicommissaria. nume. 61. ff. ad Treb. & amplissimē Rolan. à Val. conf. 12. nume. 8. uolu. 1. ubi citat inter cæteros Soc. iun. cōf. 131. nu. 26. uol. 1. † ubi dicit, quod hæc est communis opin. quæ per totum mundum seruatur, sicut euangelium, eamq̄; probat pulcherrima ratione. Quia, nisi esset uera, sequeretur, quod lex iubemus. C. ad Treb. uolens liberis primi gradus illam prærogatiuam concedere, quod fructus non imputetur in Trebellianicam, ser- uiret eis de vento: quoniam & nepotes descē- dentes ex eis idem ius haberent, cum omnes debeant habere legitimam liberam ab omni onere, absque eo, q̄ in ea fructus imputent. l. scimus. S. repletionem. C. de inoff. testam. vnde ut plus sit in filiis primi gradus dici debet, quod dicta lex iubemus. passim procedat, et quando duæ quartæ per eos ueniunt detrahen- dæ de fructibus nō imputandis in Trebelliani- cam, sicq̄; tenet etiam Neuiz. consil. primo, numero quinto, & alii plures, quos cu-

27 mulat † Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. c. 2. casu. 256. nu. 35. Vbi receptissimā hanc opi- dicit, & hanc opi. quoque firmat idem Rol. à Valle conf. 39. num. 23. uol. 3. fe remittens ad pleniū dicta per eum in conf. 30. uol. 1. ubi pa-

riter eam sequitur abundē, præterquam ubi filius esset grauatus restituere transversali testa- toris, de quo casu non agimus, sed de illius descendentibus uocatis. ideo illum casum Rolan- di exceptum per eum missum facio. solum ad- ducens Andream de Bisignana conf. 152. uol. 1. ultimarum uoluntatum, qui post allegatos per eum tenet contrarium dicens esse opi. ra- tionabiliorem, benigniorem & æquiorē: vnde his ita stantibus concludēdum uidetur hæc Trebellianicā pariter fisco applicandam fore.

Et si diceretur, aduertendum esse in casu no- stro, q̄ immo hæc Trebellianica non potest pub- licari, quia fuit expressē prohibita in testamē- to detrahi, † quod etiam in filiis primi gradus fieri posse plerique tenuerūt, quos refert & se- quitur Rub. conf. 2. nume. 24. usque in finem conf. 43. nu. 12. & cōf. 73. num. 11. Ruin. conf. 37. nu. 1. uol. 1. Paris. cōf. 17. nu. 18. uol. 2. ubi ci- tant infinitos pro hac parte, quam dicunt esse communem, meritō hoc stante cessat eius detra- ctio, & subinde publicatio.

29 † Dico ergo, longē plures & plurimos eos esse legum patres, qui partem negatiuam tenēt, quos referre & cumulare longum esset, sed plu- res contigerit Ias. in l. Marcellus. ff. ad Trebell. nu. 53. ubi hanc partem dicit magis esse com- munem. Idemq̄; facit conf. 99. nu. 2. & conf. 146. nu. 6. uol. 4. Soc. Iun. amplissimē conf. 131. nu. 58. uol. 1. conf. 28. nu. 2. uol. 2. Dec. abundē conf. 81. nu. 3. conf. 218. col. 2. & consil. 169. col. fin. Rub. sibi contrarius conf. 104. col. 1. Pa- ris. sibi contrarius conf. 30. nu. 14. uol. 3. Ruin. sibi etiam contrarius conf. 21. nu. 8. uol. 3. & conf. 163. nu. 15. uol. 2. ubi nonnullas opti- mas rationes pro hac parte facit, eamq̄; etiā tenet plurimos citās Catel. Cot. memorialium suorum libro in uers. Trebellianica. Rip. in l. nemo potest, nu. 52. ff. de lega. 1. & Gozad. cōf. 92. in prin. Cur. Iun. conf. 70. colu. fin. Paris.

30 conf. 30. nu. 15. uol. 3. † à quibus tibi, optime lector, licebit, quamplures alios scribere longē antiquiores, qui hanc partem, ut æquiorē, ue- riorem, magisque cōmunem semper tenuerūt sicq̄; tenet etiam Scelus Vgo cōf. 24. nu. 18. & amplissimē plures cumulat Rol. à Vall. conf. 12. nu. 6. uol. 1. concludēs q̄ sic aliās in Senatu Montisferrati fuit indicatū tēpore suo, prout etiā pariter testat Bursat. cōf. 44. n. 19. † amplif- simo Senatu Maturæ sic seruari, & in hac inclita ciuitate Ferrariæ atrice mea seruatur, demū- que tenet eā Andreas de Bisignana conf. 152. 1. uol. ultimarum uoluntatum, per pulcrā ra- tionem Barbatii in d. c. Raynutius. penul. cart. Nam quotienscunque lex ponit fauorem spe- cialē certarum personarum, licet postea fiat lex reuocatoria generaliter, non tamen corri- git nec tollit illum specialem fauorem indu- ctum illis certis personis, ut probatur in text. iuncto Glo. in l. de decurionibus. C. de silenti. lib. 12. & ibi Bar. & Ang. hoc tenent, & de illa glo.

glo. Romanus exclamat in l. hac consultiissima, C. qui test. fac. & in l. si verò. S. de viro. in fall. de pub. utilitate. ff. fol. ma. Bald. in l. placet. C. de sac. san. ecc. & alibi. cum ergo lex iubemus C. ad Treb. fauorem hunc specialem dederit fi- liis primi gradus, ut testator non possit exte- nuare trebellianicam per imputationem fru- ctuum, & per consequens multo minus eā tol- lere prohibendo, talis specialitas fauoris ve- nire non debet in generali dispositione legis introducentis, quod testator possit prohibere trebellianicam, & hanc rationem teneas mēti.

31 † Præterea, si ulterius diceretur, quod ista cō- muniō opinio, quæ habet in filiis primi gradus Trebellianicam prohiberi non posse, procedit & intelligi debet, quando vna tantum quarta uenit detrahenda, secus ubi duæ, tunc bene ua- let prohibitio testatoris, allegatur Pau. de Cas. in d. conf. 92. quia dubia. in d. S. cum propone- retur, & Alex. post eum in d. l. iubemus, & ultra Alex. conf. 165. in fi. uol. 5. conf. 67. uol. 1. conf. 250. uol. 6. conf. 29. col. 1. uol. 5. Cur. conf. 51. nu. 27. Dec. conf. 480. col. pen. Paris. conf. 17. nu. 25. conf. 93. nu. 50. uol. 2. Crau. conf. 16. n. 11. cum similibus.

32 † Dico ego, quod talis limitatio stare nō po- test, ut penitus eneruans communem opinio- nem supra dictam. Nam quando filius unam tā tum quartam detrahit: ut quia purē rogatus est, illa est legitima, non autem Trebellianica, nisi uelut minor legitima in ea comprehensa & incorporata, ut per Alex. in l. cohæredi. S. cū filia, colu. 2. vers. 5. ff. de vulg. & pup. & conf. 160. nume. 3. uol. 2. cum aliis copiosē deductis per Dec. conf. 320. hinc ubi filius præteritus vi- gore clausulæ codicillarum tenetur restituere scripto hæredi, secundum Bar. & omnes in auct. ex causa. C. de libe. præter. reiecta glo. D. meus Rimi. conf. 41. nu. 20. quia purē grauatus dicitur, vnam tantum quartam, videlicet legitimā deducit, ut per Ias. in l. si filius eius qui in pote- state, nu. 13. ff. de lib. & posth. vers. & aduerte. Durant. de arte testam. tit. 3. caut. 1. nu. 5. & Be- ro. in c. in præsentia. n. 446. de prob. licet inad- uertenter Ias. in d. auct. ex causa. n. 22. secus di- xerit. quæ cū ita sint, frustra est hoc casu qua- rere, an Trebellianica prohiberi possit, cum etiam non prohibita detrahi non possit: Qua- stio ergo debet esse casu quo duæ quartæ uen- iunt detrahendæ, quo casu Trebellianica, quæ detrahitur, per se bene detrahitur ut Trebellia- nica, & ut diuersa & separata à legitima, nam quælibet detractio per se consideratur & suo tempore, & secundum leges, quæ eam inducūt procedit. Vnde statim, quod filius succedit pa- tri, de tota hæreditate detrahit legitimam sibi iure naturæ debitam, uelut et alienum, ut decla- rat Bal. in l. scimus. in principio. C. de inoff. tes- tam. & in l. si verò. ff. de testam. milit. Cano. in c. Rainutius. & c. Rainaldus. de testa. Curt. con- si. 75. col. 4. & sic remanet hæreditas in conside-

ratione absque legitima iam ab ea remota, & illud residuum pro asse hæreditario considera- tur, ut Hostien. & Ioannes Andri. dicunt in d. c. Rainaldus. dicentes, quod in qualibet detra- ctione consideratur vnus as. & sic vna hæredi- tatis vniuersitas, & sic post detractionem legiti- mæ considerabitur as ex reliquo, ad finem, ut postea eueniente conditione fideicommissi ex illo asse, sic absque legitima cōsiderato, Tre- bellianica detrahitur, sequitur plenus, ita de- clarans, Socin. Iun. conf. 131. nu. 60. cum se- quent. vol. 1. Idemq̄; Paris. conf. 30. num. 11.

33 vol. 3. † & isto casu pariter esse communem, q̄ Trebellianica filiis primi gradus prohiberi nō possit, tenet & testatur Goza. conf. 92. in prin. Bero. in c. in præsentia. nu. 445. de probat. Bur- sat. conf. 44. sub nu. 19. post Rip. in l. in fideicō- missaria. nu. 30. ff. ad Treb. Cagnol. in l. Papin. S. meminisse, nu. 11. ff. de inoff. testam. & amplē Paris. conf. 30. vol. 3. vnde uelle dicere, quod opin. Bald. & communis, quæ est, quod prohibe- ri non possit, limitetur, non est aliud facere, quam penitus illam sententiam destruere, ita quod nunquam procedat, & ideo miror admo- dum, quomodo in hanc hæresim Doctores su- pra citati transferint, † idque tanto magis, quia Castrensis in locis supra citatis hoc non dicit, sed loquitur de computatione fructuū in Tre- bellianicam, quam uoluit fieri, ubi duæ quartæ ueniunt detrahendæ, de qua quæstione etiam supra diximus contrarium tenendum esse, sed non dicit, quod opin. Baldi & communis hoc casu limitetur, nec Alex. in d. S. cum proponere tur. aliud dicit, quam Castrensis. ibi. † vnde Pa- ris. Dec. & Crau. quæ in effectu clipeo Castre- se tuentur super malo fundamento adificarūt idem uerò Alex. in d. conf. 165. est imperfectus ut patet, nec uoluit aliud dicere, quam sentire opin. Castren. in d. S. cum proponeretur, prout eam clarē posuit in d. conf. 250. vol. 6. licet eā non firmet, in d. uerò conf. 67. vol. 1. hanc qua- stionem non ponit, sed quādam limitationem tradit ad d. l. iubemus à casu nostro satis extra-

36 neam, † vnde solus remanet in d. conf. 29. ubi hoc dicit.

Sed aduertendum est, quod motus fuit ex notatis per Dy. Albe. Cum. & Imol. in l. Lucius §. maritus. ff. ad Treb. qui loquuntur in casu di- uerso: uolunt enim, quod casu, quo ueniāt de- trahendæ duæ quartæ per filium, potest pater disponere, quod trebellianica computetur in legitimam, & sic per istum modum illam filiis prohibere, arg. illius tex. & in l. debitor. ff. ad l. Falc. idemq̄; tradit Bal. in l. quoniam in prio- ribus. in fi. C. de inoff. test. Alex. in l. si debitor. ff. ad l. Falc. ubi citat etiam Rayne. & Nic. de Neap. sicut & Bald. Bart.

37 † Sed istud in quæstione nostra non conclu- dit, nam dato, q̄ per indirectum pater posset fi- liis primi gradus prohibere Trebellianicam, di- recte tamen non potest, ut perpendit egregiē Rui.

Ruin. in d. conf. 163. nu. 19. volum. 2. ubi inter cetera ponderat verba Alex. in d. l. Marcellus. 38 in princ. nu. 9. in fi. ubi posita opinio. Bald. & communi in d. l. iubemus, item opinio. Din. & sequacium in d. §. maritus. subdit, quod licet opini. Bald. sit vera, tamē adhuc est etiam vera opin. Dyn. quasi dicere uoluerit Alexan. quod quamuis Trebellianica filiis primi gradus non possit prohiberi directo secundum opin. Bald. potest tamen prohiberi per indirectum modo, de quo supra per Dyn. Quia hoc erat etiam olim permillum, licet directo non poterat fieri prohibito l. Titia. l. quod de bonis. §. si. ff. ad l. Falcid. Quinimmo plus ego dico, quod opi. Dyn. & sequacium in d. §. maritus. sicut & Alexamandri. in d. l. si debitor. est ualde periculosa per ea iura, quae nihil faciunt, nam text. in dicto §. maritus, loquitur in uxore creditrice dotis fideicommissio grauada, quae tenetur sibi compensare dotem in Trebellianicam, tex. uero in d. l. si debitor. loquitur, quando Falcidia, uel Trebellianica ueniebat detrahenda per extraneum grauatum testatoris creditore, qui tenetur eam compensare in sibi debitum. Ratio est secundum Bar. & Ale. quia per additionem fuerat illud extinctum per confusionem. l. debitori. C. de pact. ideo facile permittitur, quod testator prohibere possit heredi uel uxori, ne tale debitum deducat, sed illud in quartam falcidiae uel Trebellianicae imputet, sed in casu nostro secus est, quia lex expressè uult, quod non possit in Trebellianica filiis primi gradus etiam indirecte per imputationem illius in legitimam, ita plenius declarado tradit Pic. in d. l. in quartam. nu. 103. quem sequitur Paris. conf. 30. col. pen. vol. 3. ubi tradit & aliam solutionem post 41 Bal. in l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2. quod notata per Dyn. Imol. & sequaces in d. §. maritus. procedant, quando filius erat debitor patris, nam tunc debitum compensabit cum Trebellianica, sed alias secus, ut per eum.

Nec circa praedicta tam respectu legitimae, quam Trebellianicae quicquam obstat expressa prouiso testatoris de bonis non confiscandis, 42 ut supra relata. Dicendum est enim, eam non valere, nec fieri potuisse, quasi quod hoc totum dicatur factum in fraudem fisci. arg. tex. iuncta gloss. in l. fina. ff. de stip. seru. ubi si filius stipuletur in tempus emancipationis, nihilominus acquiritur patri, si dolo malo fecit, & in dubio secundum gl. dolo praesumitur, unde sic & 43 in casu nostro praesumi debet, quod & melius confirmatur ex notatis per Bar. ibi qui uult, quod si quis donat, aut uedit omnia bona, si contingat per eum committi aliquod maleficiu, propter quod bona eius ueniant publicanda, utique praecedens donatio, uel ueditio non ualet tanquam facta dolo, & in fraudem fisci, & quauis Bart. ibi loquat in ipso delinquente, nos autem in testatore, qui bona transfuit in alium in tempus delicti commissi ab alio puta haerede, quia tamen hoc factum fuit

ad impediendum confiscationem, utroque casu uidetur eadem ratio, & ideo non uidetur hoc fieri posse per testatorem, merito fundata uidetur omnino intentio fisci in legitima & trebellianica spectante ad hunc delinquentem.

44 Quod uero ad residuum bonorum ultra legitimam & Trebellianicam adhuc dicendum est, locum esse confiscationi, cum sua tamen causa, uidelicet toto tempore huius delinquentis, post uero eius mortem restituenda erunt per fiscum substitutis in testamento, ut decedit Angel. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. per l. uia constituit. §. si fundus. ff. de seruit. rust. pred. & in l. non ad ea. ff. de cod. & demonstrat. & pro hac opin. uidetur tex. in l. Stadius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fise. ubi si haeres institutus fuit grauatus restituere hereditatem suam post mortem Cornelio Felici, & omnia bona damnata, seu deportati haereditate ante mortem fuerint confiscata, transibit in fiscum etiam illud quod erat subiectum fideicommissio, & per fideicommissarium a fisco uindicabitur fideicommissum ueniens in tempore mortis naturalis ipsius haereditis, unde de sic & in casu nostro esse debet. Et nisi hoc fieret, sequeretur, quod haec bona remaneret apud filios huius banniti, qui in locum eius subintrant, l. si qua poena, & ibi not. Guil. de Cun. Bar. & alii. ff. de his, qui sint sui uel alieni. & per consequens usufructus eorum reuerteretur ad hunc eorum patrem, uelut ex noua acquisitione, quae non impeditur bannito fieri. d. §. is cuius. cum aliis supra deducis in primo 46 dubio. Quibus addi potest Castrensis. conf. 217. omisso. vol. 2. Ias. in l. si stipulatus. §. cum stipulamur. col. 2. ff. de verb. oblig. Cur. conf. 59. nu. 13. & Plot. conf. 130. nu. 55. 1. tomo criminal. qui communiter testantur, idemque Bos. in tit. de pub. bonor. nu. 15. & 27. Burf. conf. 43. nu. 41.

47 quod satis esset absurdum. Imo delictum patris debet nocere filio, quando ad patrem reuertetur commodum, ut not. gl. in l. diui fratres. ff. de iur. patro. & not. Bar. in l. 1. in fi. ff. de inter. & relog. & praedicta uidentur praecedere et stante prohibitione testatoris de non alienando, ut declarat Paul. de Cas. in l. filius famil. §. diui. ff. de leg. 1. & ibi late Ruin. post. eum col. 20. ubi et citat Old. conf. 17. Thema tale est, col. pe. & ex his fundata remanet in omnibus bonis intentio fisci.

48 Quibus tamē non obstantibus contrarium de iure dicendum arbitror, & quoad bona ultra legitimam & Trebellianicam, moueor imprimis stante prohibitione cum causa, & multa ampla, posita in testamento, cuius effectus est, quod impedit confiscationem bonorum etiam in uita delinquentis, casus est, & ibi not. Bar. & Ang. in l. imperator. ff. de fid. lib. Rom. in l. si constante. §. fin. ff. solut. matr. Ang. Aret. in tract. de malef. in uerbo, & eius bona publicamus. uerf. & not. Alex. pulchre conf. 23. uolum. 1. quod repetitum reperitur conf. 88. uol. 3. Soc. conf. 121. colum. 4. uolum. 4.

vol. 4. Marf. late fing. 314. Moder. repetentes in l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 1. maxime Ias. 2. lect. nu. 19. Ferd. Loaz. nu. 55. Crot. num. 36. Rip. num. 47. Ambros. de Opizon. nu. 30. Ruin. conf. 224. nu. 5. conf. 129. nu. 4. vol. 2. conf. 23. nu. 15. vol. 5. Gozad. conf. 103. nu. 25. Marf. conf. 49. Soc. Iun. conf. 77. vol. 2. nu. 101. Dominus meus Riminaldus conf. 343. ubi ita consuluit in causa Comitiss Pauli de Costabilis, in qua etiam consuluit Ruin. conf. 23. vol. 5. & Dec. conf. 442. idemque tenet Gramat. decis. 105. nu. 30. Grat. Resp. 21. n. 68. vol. 2. Cur. Iun. conf. 120. nu. 18. hic Boer. decis. 49. 278. nu. 6. & comunem esse testatur Rubenec ab ea recedendum esse conf. 154. nu. 2. Rol. à Val. conf. 31. nu. 25. vol. 1. Menoch. conf. 104. nu. 39. & 42. post Alci. resp. 650.

50 Quod uero ad legitimam, & Trebellianicam adhuc dico publicationem impediri stante dicta prohibitione de non alienando: Nam de Trebellianica non est dubium. Quando n. testator expressè prohibuit alienationem bonorum in ampla forma, ut hic, censetur prohibita detractio Trebellianica, ut not. Bal. & Salic. in aut. sed in ea. C. ad l. Falc. qui tex. licet in falcidia loquatur, habet tamen etiam locum in Trebellianica, secundum Bal. ibi, & firmat Aret. conf. 37. in fi. Corn. conf. 182. col. pen. uerf. in fergit, vol. 2. idemque tenet Ang. in §. si uero expressim. in aut. de hged. & sal. Ferd. Loazel. in d. §. diui. nu. 108. Crot. nu. 21. Ruin. conf. 118. col. pen. conf. 130. col. fin. conf. 137. nu. 7. vol. 3. Paris. conf. 17. nu. 22. & conf. 93. nu. 47. uol. 2.

52 Et licet Ro. conf. 206. dixerit hoc non procedere in filiis primi gradus, tamen Alex. in addit. Bald. in d. aucten. sed in ea. eum reprehendit, & in actu pratico cum Alex. tenet Picus in d. l. in quartam, numero 47. in §. limit. sicque etiam tenet Ruin. & Paris. in consil. supra citatis, loquentes in filiis primi gradus,

53 quorum opinio melius confirmari potest, quam dicat Ruin. eam tenens ex eo, quod Trebellianica potest prohiberi etiam filiis primi gradus, secundum opinionem Cyn. & sequacium: contrarium enim supra conclusi secundum

54 magis comunem opinionem, sed ex eo, quod licet directo ea prohiberi non possit, per indirectum tamen bene potest, iuxta not. per eundem Ruin. conf. 163. nu. 19. vol. 2. & latius supra dixi, & haec etiam uidetur fuisse intentio Paris. in d. conf. 17. du

hanc opinionem confirmat ex notatis per Dyn. Alber. & Imol. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebel. quos sequitur Ias. in l. filium quem habentem, nu. 11. C. famil. erc. in 3. limit. dicentes, quod pater potest facere ne filius detrahat Trebellianicam, iubendo quod eam sibi computet in legitimam. Dicens Paris. quod ista adaptari possunt ad casum nostrum, quasi uoluerit dicere, quod sicut ibi ualet illa prohibitio Trebellianica: quia facta fuit per indirectum, ita & in casu nostro, quod notandum est. & posito, quod haec conclusio dubia redderetur ex not. per Pic. in d. l. in quartam, nu. 103. & Paris. conf. 30. col. pen. vol. 3. quos supra citauimus, tamē quando cum prohibitione Trebellianica, de qua in testamento, concurrat approbatio testamenti, quae iste fecit ad eundem hereditatem paternam, iuxta tenore dicti testamenti, tale ius detrahendi Trebellianicam uidetur remissum, arg. not. in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de uer. obl. prout ita decidit Anch. conf. 152. plura sunt dubia. col. 4. uer. ego dico. Signor. de Hom. conf. 80. col. 1. in fin. Bal. conf. 474. vol. 5. Ias. conf. 208. col. pen. vol. 4. Paris. conf. 17. nu. 19. uol. 2. Nicol. Bello. conf. 64. nu. 4. Cur. Iun. consilio 260. nu. 13.

56 Et licet Curt. conf. 75. & Dec. conf. 257. in contrarium pungat, ut tamē Paris. aduertit non loquuntur, quando pater expressè prohibuit Trebellianicam, ut in casu nostro: ea enim sic stante, & secuta approbatione testamenti indubitanter est uera conclusio Anch. & sequacium, de quibus supra, cum quibus etiam clarè consentit Cur. Iun. conf. 21. nu. 3. ubi pro hoc adducit l. fin. C. ad l. Falcid. & idem tradit Rubenec. conf. 73. nu. 8. & Soc. Iun. conf. 136. nu. 16. vol. 1. licet contra teneat Guid. Pap. q. 427.

57 Respectu uero legitimae, & si maior in sit dubitatio, an ex prohibitione de non alienando cesset eius detractio: quoniam ex ea omne grauaem reuocatur, d. l. qm. in prioribus, merito prohibitio alienationis non ualeat esse complecti, ut tradit Aret. conf. 19. & post eum Ias. in d. §. diui. nu. 2. lect. nu. 16. Attamen in casu proposito secus dicendum est, quia n. prohibitio alienationis reperitur facta minori, ut in casu nostro, utique ualet, nec minor tali fauori potest renuntiare. l. 2. C. de usuc. pro empt. cu. n. concurrat fauorem, & prouisione filii, non debet reuocari etiam de legitima. l. filius matr. C. de inoffi. testa. ita concludit Paul. de Cast. conf. 236. cuius opin. referat, & sequit Ias. in d. §. diui. 2. lect. col. 4. uerf. limita not. ista conclusione, & post eum Ripa latius nu. 28. allegando Ang. Pic. & Ferrat. de quibus ibi per eum, Idemque tradit abudè Rubenec. conf. 27. col. 2. & Aret. conf. 22. col. 2. saltè remoto iuramento minoris, ut ibi per eum, quod etiam ponit Dec. conf. 349. col. 2. conf. 403. in fi. & conf. 441. col. 1. cum similibus. quos congerit Rol. à Val. conf. 31. nu. 30. uol. 1. potissimè Boerius decis. 87. col. 2. ibique pariter subdit fidem tanto magis dici debere de Trebellianica, quod usque ad aetate 25. annorum possit prohiberi eius Hippo. Rimi. T. Secundus. L. alie-

alienatio per testatorem: quia si fieri potest, & facta ualet in legitima, quae poterior est, quam sint alie quartae, vt per Ias. in l. scimus. in prin. col. fi. C. de inoffi. testa. quod patet, quia prius detrahitur. S. quamobrem, in auctent. de restitu. & ea quae par. Item quia etiam debetur iure naturae, ideo longè fauorabilior est Trebellianica, vt per Ias. in l. filium, quem habentem. col. 3. uers. in 3. parte. C. fam. ercif. multo fortius ualere debet in Trebellianica, cum non contineat grauamen, sed prouisionem filii, & per eam succurratur fragilitati ipsius minoris grauari d. S. filiis matrè. & l. cū ex filio. ff. de uulg. & pupil. At in casu nostro delictum contigit, sicque confiscatio bonorum in minori aetate, merito debet impediri respectu legitimae & Trebellianice.

61 Et licet praefati Doctores loquatur in prohibitione alienationis facta ad certum tempus puta usque ad 30. annos, secus uero esse dicat in facta simpliciter & perpetuo, ut in casu nostro, quam dicunt non ualere. Attamen aduertendum est, quod ipsi non negant eam ualere infra minorem aetatem. Immo si cotingat alienatio minoris ante legitimam aetatem, praesupponunt eam non ualere uirtute dictae prohibitionis, cui renuntiare non potuit, sed eo perueniente ad legitimam aetatem bene annullatur illa prohibitio, ita tradit expressè Bar. in d. S. diui. col. 1. dum opponit de d. l. 2. C. de vsuc. pro emp. vt uide non video differentiam inter prohibitionem ad tempus & simplicem, nisi in hoc quia facta ad tempus finitur elapso tempore, si ue simus intra tempora minoris aetatis, siue post. Altera uero demum post legitimam aetatem sed ambe aequiparatur in hoc, quia sicut prima ualet ante tempus praefixum, ita & secunda ante tempus legitimae aetatis, quo non ualet alienatio, secundum Bar. in d. S. diui, quem non uideo in hoc reprobatum. Merito statim his, quae nec legitima, nec Trebellianica detrahi possunt, sequitur, ut fiscus applicari non possint.

Et tenendo hanc partem non obstant adducta in contrarium. Et primo quod legitima non uenit in fideicommissio, merito publicari debet, ut ab eo exempta. Istud enim procederet, nisi concurreret prohibitio alienationis facta minori in eius prouisionem, & idem respectu Trebellianica: quonia ualet prohibitio, vt mox dixi, sicut etiam concurrente approbatione testamenti paterni facta per filium, ut supra declarauimus, merito ex ea debet impediri confiscatio.

63 Non obstat etiam, quod prouisio testatoris de non confiscandis bonis non ualeat, ut in fraudem fisci. Quia respondet Rui. pulchre in d. S. Diui. not. 4. dicens quod in testatore cessat fraus, ex quo potest liberè de bonis suis disponere, & quae uult praeferre. & quia fiscus excluditur isto casu a lucro non autem a iure questionato. & ad l. fi. cum ibi not. per Bar. ff. de sti. fer. respondet Rui. ea procedere: quia non debet esse

in potestate delinquentis euadere istam penam. Sed testator qui non deliquit potest alium fisco praeferre, nec uideatur dolo facere, qui utitur iure suo l. nullus. ff. de reg. iur.

64 Postremò non obstat, quod cetera bona cum sua causa debeant confiscari in uita delinquentis. Quia illa procedunt statu tacita prohibitione testatoris, secus si expressa, ut prohibita alienatione per eum. ita Alex. in d. confi. 23. & alii omnes supra per me relati. & contra Castrè. & Ruin. in d. S. diui. est communis opinio, ut patet ex supra deductis per me in primo fundamento huius partis.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro D. Vincentio de Vincentijs

ARGUMENTVM.

Quando pater alere filium non teneatur, nec alimeta ab eo peti.

SVMMARIVM.

- 1 Alens filium alienum habet negociorum gestorum actionem. Maxime quando in libro rationum patrem filij delibitorem fecit. 2. Quod declaratur quando procedat. 35.
- 3 Liber verificatus in aliquibus partibus praesumitur in ceteris uerus & probat pro scribente. Quod in connexis procedit, non in separatis. 18. & de ratione. 19.
- 4 Confessio mariti constanter matrimonio in parte infirmata praesumitur in totum uera.
- 5 Quantitas praesumitur fideliter erogata quando constat alia fuisse fideliter erogata.
- 6 Mater quae filium aluit praesumitur id fecisse animo a patre repetendi. Et patre repetere potest. 7. Idemq; iuris est in extraneo. 8. Quod declaratur. 36.
- 9 Alimentorum appellatione ueniunt infra scripta. Habitatio, cibaria & potus. Expensa medicinarum. 2. Medici. 12. Calciarium. 13. Lectus. 14. Et aqua uenalis. 15.
- 10 Cibus & potus sit ad restaurationem deperditi.
- 16 Alimenta praestari debent pro modo facultatum.
- 17 Liber non probat pro scribente. ratio. 20.
- 19 Scriptura in uno falsa praesumitur in ceteris falsa. Et quando, declaratur.
- 21 Partite quae dicantur separatae.
- 22 Actore non probante reus absoluitur.
- 23 Pater non tenetur alere filium extra domum quando paratus est in domo cum alere, 24. siue sit filius putatiuus siue uerus. 25.

Hoc.

- Hocq; in foro contentioso non conscientia. 26.
- 28 Lex si quis maior. C. de trans. de aequitate canonica non procedit.
- 28 Pater tenetur alere filium extra domum quando fuit in culpa quominus filius locum habitaret.
- 29 Testis unus probat contra producentem.
- 30 Iracundia dicta calore, dicta uel facta non nocet si reuocentur.
- 31 Pater tenetur ad alimenta praestata filio suo per alium si non intimaui ne aleret eum.
- 32 Lex final. C. de neg. gest. de sciente loquitur.
- 33 Alens filium alterius illi denuntiare debet quod alit animo repetendi. Et de ratione. 34.
- 34 Denuntiatio scienti quando requiratur.
- 36 Lex si quis a liberis. ff. de agn. lib. quo casu procedat.

Auxilium meum a Domino.

CONSILIVM CXXXII.



ER Antonius de Gilino notarius Ferrariensis post deponatam eius filium Domino Ioanni Baptista Vincentio, citra uoluntatem eius patris, post sex menses elapsos produxit libellum contra D. Vincentium patrem dicti Io. Baptistae campforem Ferrariae petens ab eo alimenta facta dicto Ioanni Baptistae in domo sua producents librum, in quo de dictis alimentis apparet: iudex autem coram quo lis agitur, dubitando inclinat contra dictum Dominum Vincentium: qui enim filium uel seruum alienum alit, tanquam uiliter gerens habet negociorum gestorum actionem. l. si seruum alienum, C. de negot. gest. nec donatio praesumitur, immo animus repetendi, si in libro rationum impena relata est, l. Nescennius. ff. de neg. gest. tantoque magis aperte, quando in libro rationum dictum fuit, talis tenetur mihi in tantum, quod pro eo expendi, vt declarat ad uinguem Bart. in l. si patrono. C. de neg. gest. sequitur Dec. conf. 2. nu. 7. quod proprie in libro producto reperitur factum in casu nostro, huiusque libro satis uide adhibenda fides, quonia in multis partibus approbatur tam per libros campforum, quam per testes, merito & in reliquis praesumendus est uerus, vt tradit Paul. de Cast. conf. 138. siue 140. inci. ad habendum. in antiquis, alias. 301. vol. 1. in nouis. Ang. Aret. in S. actionum. in materia tutelarum. q. 13. In sti. de action. Ias. in l. admonendi. nu. 228. ff. de iureiuran. Cor. conf. 8. l. col. fi. vol. 4. Paris. conf. 90. col. 2. vol. 1. Crau. conf. 158. nu. 3. & conf. 198. nu. 6. Ioannes. Bapt. Ferret. conf. 150. num. 11.

4 Alex. de Neuo conf. 39. 2. dub. qui sententia confirmatur ex dicto Soc. cof. 82. col. 1. vo. 3. ubi tenet, quod confessio mariti de dote recepta constanter matri. si iustificatur in parte. praesumitur in totum uera, sed & illud accedit, quod inquit Ancha. conf. 436. col. 2. vt arguens sum-

mam centum librarum fideliter erogata fuisse prout debebat, quando constat reliqua, quae erogari oportebat, fideliter erogata fuisse. Et licet ipse dominus Iudex non allegauerit hanc quaestionem, ferè in terminis ut decidere Corn. conf. 124. nu. 7. uol. 1. loquens in matre, quae filium alimentauit, quae secundum eum praesumitur alimentasse animo repetendi a patre, ad quae onus alimentandi spectabat, & sic uult patrem teneri, ergo & hic idem tanto magis in socero dicendum est. Et vltra Corn. in matre est casus, & ibi not. Bar. in l. si quis a liberis. S. si mater. ff. de lib. agnos. & tradit Cyn. & Petrus in l. alimenta, C. de neg. gest. per illum tex. volentes, quod mater si praestitit alimenta filio, possit ea repetere a patre, qui ad ea tenebatur, Et in extraneo hoc etiam decidit Soci. conf. 161. uolum. 2. & decis. Neap. 10. ad fi. volentes, quod si quis alimentauit filium alterius, possit repetere alimenta ab eius patre, cum ad ea praestanda filio pater teneretur: unde tales decisiones casum nostrum uidentur concludere, et alimenta uero, quae petit Gilinus sunt, habitatio generi in domo sua. l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. Glof. in l. cum hi. S. qui transigit. ff. de transact. & ibi Ias. Ang. conf. 28. Io. de Anan. conf. 37. & Bolog. in additionibus. Socin. conf. 161. Bertran. conf. 180. col. 2. vol. 1. conf. 55. col. 2. uolum. 2. Prat. Pap. in forma libel. pro legato rei singulari. uers. condescendo. Menoch. conf. 62. nu. 10. Item cibaria & potus. d. l. legatis. Soc. & Prat. Pap. locis in l. si. ff. de lib. agnos. Soc. & Prat. Pap. locis citatis, et rationemque reddit Cast. in l. pro nebatur ad finem. ff. de iud. quia cibus & potus fit ad restaurationem deperditi. Cui enim quotidie de corporibus nostris cadant partes inuisibiliter, loco illarum subrogantur aliae per cibum & potum, quae conuertuntur in carnem & sanguinem, et item expensa medicinarum tempore quo fuit infirmus dictus Gener, Bart. in d. l. legatis, & in l. si cum dote. S. si autem. ff. sol. matrim. Flor. in l. sicuti. ff. de usufruct. Ange. & Ias. in d. S. qui transigit. Alex. conf. 178. column. fin. vol. 6. Pic. in l. Titia. S. Titia. q. 53. ff. de leg. 2. Bertran. conf. 55. uolum. 3. Ruin. conf. 139. vol. 4. Crau. conf. 199. col. 1. et Rursus expensa medici secundum Ang. & Ias. in d. S. qui transigit, & Bertran. d. conf. 55. pariter & uestes, d. l. legatis. Glof. in l. si quis a liberis. S. non tantum. ff. de lib. agnos. Glof. in l. in stratum. ff. de verb. sign. Alex. conf. 174. vol. 4. & dicto conf. 178. uolum. 6. Prat. Pap. & Bertran. locis citatis, Emil. con. 20. nume. 5. et Item calciarium l. Item hi. S. qui de calciario. ff. de transact. Bar. in tract. de alim. Bertran. & Crau. locis citatis, et similiter & lectus d. l. in stratum. & l. inter quos, S. uerbum uiuere. ff. de uerborum signification. Bartol. in dicta l. legatis, & in dicto tractatu. Bologn. consilio 48. columna tertia. Bertran. consilio 180. columna finali uolumi ne primo, Ias. in dicto S. qui transigit, ubi addit

L 2 culci-

Calcitram. Pic. in d. S. Titia. q. 63. uerf. quartò dubitatur. Franc. Marc. q. 154. nu. 7. in fecundat. 15 da part. † Item & aqua uenalis ut padi, sicut & Venetiis praticatur, ut per gl. & Bart. in l. 1. ff. de alim. & cib. leg. Quæ sigillatim ponit Rol. à Val. còf. 22. vol. 1. & Strictius sine quot is. Plot. 16 conf. 130. nu. 86. 1. tom. criminal. † Et cum dominus Vincētius pater dicti D. Ioannis Bapt. sit campfor, qui in pecuniis & mercibus sericis multum negociatur, & lucratur, petit Gilinū in taxandis prædictis rōnem haberi lucri prædicti, cum parentes teneantur ad alimenta liberorum pro modo facultatum. l. si quis à liberis. S. si filius. ff. de lib. agnosc. & in §. de alimentis. ibi. Arbitraturus quantum sit in facultatibus, sicq; placere tenet Nat. conf. 48. col. 1.

Quibus tamen non obstantibus contrarium in casu pposito concludendum puto. Primò, quoniam non est ita absolutum, qd ex allegato libro rōnem constet de dicta præstatione alimentorum, † regula est enim clara, qd liber nō probat pro scribente. l. exemplo. C. de probat. notant omnes in l. admonendi. ff. de iure iurā. Rom. conf. 205. col. 1. Andr. Sic. conf. 53. col. 3. vol. 3. Celf. Vgo conf. 103. nu. 4. Alex. conf. 145. vol. 6. decis. Tolos. 496. cū similib. † Nec fallentia data, quando aliqua partitæ verificatur, de plano procedit, sed tantum in cōnexis procedit, ut tradit Dec. in l. 1. C. de eden. in c. 2. col. pen. de fid. instr. & in cōsi 317. in fi. Purp. in d. l. admonendi, & post eum Rip. num. 125. Crau. in tract. de antiquit. temp. prim. par. nu. 253. uerf. Quid tenendum, ad quem locum remittit in conf. 249. nu. 17. ad fin. ubi refert opinionem Castrenf. in d. conf. 301. uol. 1. in nouis. Idemq; tenet Mod. Bonon. in d. l. 1. C. de eden. nu. 23. & nouissimè dominus Achilles Personalis Mirandulensis in tract. adipsiscendā possessionis. nu. 125.

† Confirmaturq; hæc opinio ex ipsamet ratione Castrenf. in d. conf. Dum inquit, qd sicut scriptura in uno falsa, in cæteris psumitur falsa, ita e contra, in aliquibus uera, psumitur in cæteris uera. Hæc enim ratio de scriptura in vno falsa procedit in cōnexis tantū non in separatis. Bart. & alii in l. si ex falsis. C. de transa. Fel. post Inn. & alios in c. fraternitatis. nu. 20. de heret. ergo ubi dicit, qd si falsitas sit in instrumento commissā sine vitio notari, sed ob falsam assertionem partis vitiantur solum capitula illi parti connexa non autem separata, dum similiter infert ad veritatem scripturæ, debet intelligi in connexis, ita Dec. in d. conf. 317. & Rip. in d. l. admonendi, perpendunt: † Ad dentes in super aliam rationem satis coloratā. Sic enim posset quisq; fidem dare suo libro in ferendo aliqua uera, quod non videtur concedendum. arg. l. comparationes. C. de fid. instr. & huic fraudi (meo iudicio) voluit occurrere rex. in l. exemplo. C. de probat. dicens. Exemplo perniciosum esse, ut ei scripturæ credatur,

qua vnusquisq; sibi annotatione propria de bitorem constituit. Quasi dixerit facile hoc fieri posset, maxime uera falsis miscendo. † Nos autem sumus in partitæ diuerso tēpore factis, ergo separatis, Bar. in l. Aurelius. S. idē quæsit in fi. ff. de lib. leg. Rip. in d. l. admonendi. num. 124. nec una uenit ad terminationē alterius, ergo diuersæ & separata sunt, Bar. ubi sup. Nec sufficit, qd sub uno generali iure cōprehēdi possint, sed oportet, qd ita connexitatē habeant, ut rō vnus sine alia discerni non possit: ita Butr. Imo. & Fel. n. 7. in c. cū inter. de excep. Dec. in c. si duob. col. pē. de app. & in d. c. 317. ad fi. licet hac re cōnexitatis aliter senserit Menoc. de arb. in li. 2. cēt. 1. casu. 95. meritò cū hæc ita sint, sequit ex hoc libro nō pbari alimenta fuisse facta d. Io. Baptista. Testes ommitto: qm nō probāt istud, ut per dominum procuratorē, & benè: † Vnde sequitur, actore non probante, reū absoluentū esse. l. qui accusare. C. de edē.

Sed esto, qd eius intentio fundata sit in hoc, dico tamen scdo loco, qd obtinere non pōt. Filius. n. non pōt cogere patrē præstare sibi alimenta extra domū, quādo pater paratus est illa p̄stare in domo, & nulla subest legitima causa, qd filius habitet extra domum. † Ita dicit Paul. de Castr. in l. quidā cū filium. col. 2. ff. de verb. ob. & idē sequitur Alex. ibi in addit. Bar. Soc. iun. cōf. 15. vol. 2. Ang. cōf. 38. nu. 9. 1. to. matrimonialium. Burfat. conf. 87. nu. 28. Sicut ergo tali casu filius non posset alimēta petere extra domū, similiter nec alius ex psona eius, qui ea alimenta minus debita præstitit, audiri dēt, aliās sequeretur absurdum, & fraus legis, qd filius non ualens consequi alimenta à patre extra domū, ea cōsequeretur ab alio, & ille postea repeteret à patre, cōtra. c. quid. de reg. iur. in 6. cum similib.

† Confirmatur fortius hæc opin. auctoritate Bart. in l. 1. S. competit. p̄ illū text. ff. si mul. vent. nom. quē simpliciter securus est Castrēf. in d. l. alimēta. ad eū se remittēs, ubi format qō nē in eo, qd alimētauit filiū alienū, an possit ea à patre repetere, & respōdet dubiū nō esse, qd nō, qd ipse pater nihil fecit, ut alere, sicut i eo tex. expensē factā in muliere p̄gnate nō repetunt à patre, qd nō fuit in calūnia. Quare sic & in casu nostro dici dēt. † Et licet Bart. loquat in filio putatio, quē postea apparuit nō esse filiū alimētantis, idē tñ esse dēt in eo, quē certū erat ab initio esse alienū filiū: non. n. mouetur Bart. ad decidendū cōtra alentē ex eo, qd putaret se patrē tpe quo aluit, sed qd pater nō fuit in aliqua calūnia, & sic nō fuit in aliqua culpa, ob quā filius suus ab alio alere. Hęc. n. rō militat et i eo filio, quē alēs sciebat ab initio nō esse suū, meritò utroq; casu quadrat decisio Bar.

illud. ff. ad l. aquil. l. fin. C. ad l. Felc. † Licetq; postremò subiungat Bar. qd cum semel de facto istud cōtignisset, fratres in foro cōsciētiae iudicauerunt cōtrariū, nō tñ ab opin. Bart. in foro

conten-

contentioso recedendū puto, cū illo tex. sufful ta sit, alibiq; cautū videmus, qd vno modo procedere in foro pœnitentiā, alio uerò in cōtēntioso, † ut patet ex dictis Bal. in l. qui crimē. in 11. q. C. qui accusat. dicitis legem si quis maior. C. de transa. de æquitate canonica non procedere, cū semp eo iure mora purgari possit. Eum. n. p̄sim interpretant doctores pcedere in foro cōsciētiae, non aut contentioso, ut declarat Alex. in l. si insulā. ff. de verb. obl. nu. 38. in 12. limit. & post eū Mod. Bono. nu. 78. in fi. Corn. cōf. 121. col. pe. vol. 1. Rom. cōf. 427. nu. 7. & sing. 444. Iuramentū. Dec. cōf. 45. 2. n. 15. Gozad. cōf. 57. nu. 18. Cattel. Cot. lib. memoria. in verbo mora nō obstāte. Claud. Aquen. in d. l. si quis maior. col. 3. Paris. cōf. 19. nu. 241. vol. 2. Rip. in l. si insulā. nu. 90. ff. de verb. ob. & Orat. Mandos. in addit. Roma. conf. 427. supra citato: vnde patet, quæstionem nostram decidi per Bart. in d. S. competit.

† Nec dici pōt, patrē in casu nostro fuisse in culpa, quominus filius cū eo habitaret, ex eo qd post acceptā vxorē citra eius voluntatem, & hoc cōperto, dixerit ei in p̄sēntia testū examinatorū. *Dapoi che tu l'hai tolta, e che la ti piace, uale la godi a tuomodo, ma non pensare di hauere a uenire mai piu ne ti, ne lei in casa mia, ne hauere niente e filio.* Quo stāte in facto v̄, qd ex quo filius habitauit extra domum de voluntate patris, utiq; fuerit obligatus ei ad alimenta p̄stānda, imò etiā ad dotem, casu quo eam recipisset, ut not. Ang. Imol. Paul. de Cast. & Alex. in l. si cū dorē S. transgrediamur. ff. sol. mat. Namq; ad hoc respōdet, aduertendū esse, put ex testibus Gilli

† cōstat † maxime 8. Qui, licet solus, pbat aduersus eū velut ab eo p̄ eius p̄ductionē approbatus, ut tradit Rom. cōf. 104. ad fi. Iaf. in rub. ff. de iure iur. col. 4. Soc. iun. cōf. 69. nu. 12. uol. 1. Spec. Aur. in 6. actu emergentiū in iudicio. nu. 16. & in 13. actu nu. 10. Paris. cōf. 50. nu. 60. vol. 1. Orat. Mandos. in add. Rom. loco citato. Quòd dās Vincētius turbata facie loquebatur cōtra eius filiū, & sic iratus erat, vnde uerba illa, qd tulit tanq̄ calore iracundiæ dicta, rata haberi nō dēt, sicut nec tali casu confessio facta nocet, ut ponit Bero. cōf. 62. n. 19. vol. 1. nisi de p̄ferantia cōstet. l. qd quid calore iracundiæ. ff. de reg. iur. l. 3. ff. de diuor. cū sim. De p̄ferantia aut non cōstat in casu nro, imò totū cōtrariū ex testib. ipsius dñi Vincētii 3. 4. 5. & 6. Dicitibus audiuisse eū dicere, qd erat paratus alimentare dictū filiū suū, nec ei in aliquo defecere in domo sua, hæc q; uerba fuerūt tpe cōtractū matrimonii, & nō longè post, ut patet ex dictis testib. Vnde manifestè patet, qd ipse d. Vincētius reuocauit in effectu, qd dixerat prius in ecclesia S. Marię de Vado, de qbus deponūt testes Gilini, idq; sine dubio potuit efficere D. Vincen. † Nā, ut elegāter dicit Albe. post Pet. in l. si nō cōiucii. C. de iniuriis, facta calore iracundiæ si reuocari possunt sine detrimento in-

iuriā p̄sisi, nō nocēt faciētī, si reuocent, sequit Bero. cōf. 189. col. 2. vol. 3. Qd in hoc casu verificat. Nā cū prius ex uerbis p̄latis pater filium ab alimentis exclusisset, posterioribus admisit ad ea, qd p̄derat, nō aut nocebat filio, meritò sequit, qd adhuc imputadū est filio, qd nō iuit ad comedendū in domo patris, cætera q; alimēta ab eo nō sumpsit: debuit. n. ex his posteriorib. uerbis patris eū reconciliatū satis quoad p̄stānda alimēta cognoscere, & ideo pater nō dē fuisse in culpa, si filius extra habitauit, meritò ad alimēta ei p̄stata p̄ Gilliū teneri non debet.

† Et si dicat, qd Gilinus nesciuit hunc alimēta patris paratū ad alimenta p̄stānda filio, non. n. eum sibi notificauit, nec minus cōtradixit, aut prohibuit Gilinum alere dictū filium suum: ergo Gilinus aduersus eū debet actionem habere, per tex. in l. fin. C. de neg. gest. ubi est casus clarus de hoc. Dico satis esse de hoc animo constasse ipsi filio, quò uerò ad Gilinum secus, cū ipse Dominus Vincēt. ignorauerit dictum Gilinum alere filium suum: nullibi enim scientia constat ante porrectionē libelli, & ignorantia in dubio p̄sumit. l. uerius. ff. de probat. cū similib. Vnde non potuit ipse diuinare de denuntiādo, cōtradicedō & prohibēdo dicto Gilino, ne aleret eius filium, quem ignorabat ab

† eo alit̄ textusq; in d. l. fin. citatur, loquitur in sciente, alium se immiscuisse in eius negotiis, ut denotant illa uerba. Si quis nolente, & specialiter prohibente domino rerum: Ignorans enim non dicitur nolle aut prohibere, sed bene sciens. † Quinimmo plus dici potest, dato

(sine veri præiudicio) quòd dominus Vincētius sciuisset Gilinum præstare alimenta filio suo, debuisset Gilinus ei denuntiare, quòd eū alebat animo repetendi, quod errogat in eum; ab ipso domino Vincentio, † cum enim talis denuntiatio requiretetur non ad eum tantum finem, ut dominus Vincentius id sciret, sed ut ipse dominus Vincentius notificaret Gilino, ne filium suum aleret: quia sibi offerebat alimenta in domo sua, debuit Gilinus talem denuntiationem facere domino Vincentio, ut declarat Bart. in l. denuntiasse. in princ. ff. ad l. iul. de adult. & in l. 2. S. voluntate. ff. solut. matrimo. & in l. non solum. S. morte. ff. de oper. no. nutiat. Bart. Bald. & Ang. in l. qui absente. ff. de procur. Specul. & Ioan. And. in tit. de emp. & vend. S. fin. Io. Andr. & Abb. in cap. fin. eod. tit. Ang. & Castr. in l. in executione. S. insolidum, & in l. cum ex causa. ff. de verb. oblig. Bald. in si cum quæstio. C. de etia. & in cap. pit. primo, si de feud. val. Dec. Qui cōmunem testatur, conf. 74. col. 2. & post eum Soc. iun. conf. 4. in fin. vol. 2. meritò cessat in casu nostro pœnitus hoc obiectum.

† Non obstant etiam primo loco in contrarium adducta, uidelicet d. l. si seruū alienū. cū aliis, de quibus ibi loquunt. n. & intelligi dēt in casibus, in qbus pater ad ea alimēta tenebat

vt puta, quando filius ex aliqua iusta causa habitaret seorsum a patre existente de hoc in culpa, vel quando pater abesset, iuxta l. Nefennius. ff. de neg. gest. tunc enim quia pater teneatur filium alere secundum doctores in d. S. trāfgredimur, merito alens eum potest ab eo alimenta præstita filio repetere, & quod ita debeant intelligi, probatur ex d. confi. Corn. 124. nu. 7. vol. primo, dicentis, quod mater censetur alimentasse filium animo repetendi a patre, quatenus onus alimentandi spectabat ad patrem, & sic loquitur Corn. in casu quo pater tenebatur alere t eodem modo clarè loquitur in d. l. si quis à liberis. & ibi Barto. Cyn. & Petr. in d. l. alimenta. & Soc. in d. confi. 161. loquentes de matre, uel alio, qui filium alienum alimentauit, quod possint repetere a patre, cum ad alendum filium pater teneretur. In casu verò nostro non apparet aliqua iusta causa, propter quam pater teneretur alere filium extra domum, merito cessant illæ defiones, cum d. l. si seruum alienum, & locus esse debet illis, quæ dicunt, repetitionem cessare, de quibus supra. Et ita concludo.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro D. Andrea Personali Mirandulense

ARGUMENTVM.

Disputatur, an filius inuito patre nubens exheredari possit, vel alimentis priuari.

SVMMARIVM.

- 1 Filius exheredari potest si grauem & inhonestam iniuriam intulerit patri.
2 Matrimonium contrahi per filium inuito patre inducit odium capitale.
3 Filia nubens ante 25. annos sine consensu patris potest exheredari.
4 Filius nubens sine consensu patris ledit ius patriæ potestatis.
5 Filius de iure civili non potest nubere sine consensu patris.
6 Filius ob matrimonium contractum sine consensu patris exheredari non potest.
7 Matrimonium liberæ voluntatis est.
8 Statutum non valet, quod filius nubere non possit sine consensu patris.
9 Potestatis defectus, licet sit non rationabile.
10 Voluntas & potestas requiritur in quolibet actu.
11 Ius canonicum in matrimonijs ubique attenditur.
12 Matrimonij materia spiritualis est.
13 Filius ob matrimonium contractum sine consensu patris exheredari non potest.
14 Et de rationibus. 15. Et est communis. 16.

- 19 Castitas maior in filia quam filio requiritur.
20 Fama deflorata ab alio quam viro suo honor perit.
21 Pater non tenetur alere filium non habentem unde se alatur & eius uxorem.
22 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
23 Filius nubens sine consensu patris.
24 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
25 Filius nubens sine consensu patris.
26 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
27 Filius nubens sine consensu patris.
28 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
29 Filius nubens sine consensu patris.
30 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
31 Filius nubens sine consensu patris.
32 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
33 Filius nubens sine consensu patris.
34 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
35 Filius nubens sine consensu patris.
36 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
37 Filius nubens sine consensu patris.
38 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
39 Filius nubens sine consensu patris.
40 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
41 Filius nubens sine consensu patris.
42 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
43 Filius nubens sine consensu patris.
44 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
45 Filius nubens sine consensu patris.
46 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
47 Filius nubens sine consensu patris.
48 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
49 Filius nubens sine consensu patris.
50 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
51 Filius nubens sine consensu patris.
52 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
53 Filius nubens sine consensu patris.
54 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
55 Filius nubens sine consensu patris.
56 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.
57 Filius nubens sine consensu patris.
58 Socer non minus nurui, quam filio tenetur prouidere.

Auxilium

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXXXIII.

GREGIVS iuuenis D. Andreas à Personali Mirandulani post uxorem ex bonis & nobilibus parentibus oriam desponsatam inuito & contradicente patre, ab eo, qui graviter ac moleste id tulit, expulsus est, & cum uxore in domo soceri per biennium, ubi etiam nunc est, moram traxit, sepeq; ac sepius elaborauit, ut animum paternum flecteret, ac placaret, tum veniam petendo, tum amicos interponendo, qui semper longè magis cor suum indurans eum nec audire, nec domi recipere, nec alimenta ei prestare voluit. Et quamuis ad preces filij illust. Comes Galeotus Pious super hoc diu fatigatus fuerit, tamen cum pater semper alimenta detrectauerit, nisi quatenus de iure teneatur, operam (ut aiunt) perdidit, eoque tantum deuentum est, ut iuuenis hic ab eo Comite obtinuerit casum hunc consulendum transmitti, Cumq; ad manus meas perueniret, iusto huius iuuenis desiderio non potui non satisfacere, & in eo de duobus querendum erit. Primo, an ex hac causa filius exheredari possit. Secundo posito quod non, an pater huius iuuenis ad alimenta ei prestanda teneatur, tum quod uxorem eo inuito duxerit, cum etiam, quod (ut in facto præmittitur) aliis ei equum & arma dedit, ut militiam filius gereret, iamq; ipse in ea se exercuisset in patria, adeoq; robustus est, ut ex industria sua militando viuere possit, quæ pater pro euitandis alimentis allegat.

IRCA t primum dicendum videbatur imprimis, exheredationi locum esse posse. Nam inter ceteras causas, ex quibus filius potest exheredari ea est, si grauem & inhonestam iniuriam filius patri ingesserit. S. causas. in auth. ut cum de appel. cogn. Sed contra here matrimonium sine consensu patris est contra bonos mores omnium, & maximè prudentiū, t inducitq; odium capitale, ut inquit Bal. in l. omnem. col. fin. C. ad Tertul. ergo pater tãquam graui iniuria affectus debet posse filium exheredare. Secundo, de hoc videtur esse tex. in l. 3. S. si emancipatus. ff. de bono. poss. contr. tab. ubi ex uxore non ex voluntate patris ducta uult tex. filium exheredari posse, ibi. Cum possit auus iure suo uti, filiumq; exheredare. Tertio hoc decidit in terminis Paul. de Castr. in l. si filiam. C. de inoff. testa. ubi postquam determinauit, filiam nubentem ante 25. ann. sine consensu patris, iuste exheredari posse, subdit idè videri de filio recipiente uxorem

contra uoluntatem patris, mouetur arg. tex. in d. S. emancipatus. Hinc Hostiens. in summa de clandest. matrim. nu. 5. & Petr. de Palud. in 4. sent. dist. 28. q. 2. art. 1. quos refert Menoc. cõ fil. 69. nu. 3. dicunt, t q; contrahere matrimonium cum filio, vel filia parentibus inuitis, vel infcis est laderè ius patri potestatis. & quia ius canonicum validans matrimonium factum sine consensu patris, ut not. glof. fin. in l. Paulus ff. de stat. hom. adsondit de federe matrimonii tantum non autem de iniuria patris.

Istis tamen non obstantibus contrarium dicendum est, & pro potissimo fundamento præmitto, quod licet de iure ciuili cõsensu patris in contrahendo matrimonio per filium requiratur, Instit. de nupt. in princ. d. l. Paulus. l. si ut proponis. 2. C. de nupt. t secus est tamen de iure can. ut uoluit glo. in c. fi. 3. q. 2. Glof. in c. 1. & ibi Abb. & ceteri de despon. impub. Philip. Franc. in c. 1. S. porrò. eo. tit. in 6. Glo. & alii in d. l. Paulus, Jo. And. in c. statutum. ver. & facit. de hæret. in 6. Anch. & Abb. in c. ecclesia Sãtæ Marię. de const. But. & Fel. in c. 1. de spon. Ale. in rub. ff. sol. mat. & in l. Seiuis & Auger. ff. ad l. Falc. dicens se ita consuluisse, prout reperitur conf. 97. vol. 1. & conf. 1. col. 7. vol. 3. Iaf. in l. 1. S. huius iudicij. ff. de iust. & Fel. in c. 1. de spon. Ale. vol. 1. Cel. Vgo conf. 38. col. 1. Calcã. conf. 13. n. 8. Paris. conf. 29. nu. 2. vol. 3. Dec. & Cagn. in l. nuptias. ff. de reg. iur. & idem Dec. conf. 231. Didac. lib. 4. decret. c. 6. nu. 17. Lup. in rub. ca. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. S. 4. 5. 6. & 7. Abb. conf. 12. vol. 1. Fed. de Sen. conf. 36. Ang. conf. 29. & conf. 92. Butr. conf. 35. Vaf. quius de success. crean. lib. 1. S. 10. nu. 626. Bar. tolomaus de Cartariis Regiensis. conf. 63. nu. 5. matrimonialium. t Quorum sententia communis pulcherrima ratione confirmatur. Nam matrimonium liberę voluntatis est, cum perpetuè feruuti homo ligetur, & ideo licet filius debeat subesse patri, non tamen ita ut feruus, & mancipium, quemadmodum diceretur subesse, si cogeret ad patris uoluntatem uxorem ducere, quam rationem ex Theologis deduxit Domini. Soto in 4. senten. distinctio. 28. questio. 1. artic. 1. quem refert Menoch. conf. 69. nume. 22. sicque tenendum est, t licet Corraf. Miscellaneorum. lib. 1. c. 17. ad quem locum se remittit in l. qui liberos. nume. 16. ff. de ritu nup. contra senserit, cui facile respondere possem, nisi materia disputandi lectori potius quam consulenti conueniret, qui passim receptis aliorum sententijs hæere debet, t immo sic inualuit dicta communis opinio, quod dixerint iidem Doctores, non valere statutum contrarium disponens, uidelicet, quod filius non possit contrahere matrimonium sine consensu patris, quibus addo Curtium conf. 27. in 1. dubio. Herculanium in disputatione incipiente Perusinus quidam. in 3. quæst. princ. & Hieroni. Cucal. in apostil. ad Dec. in d. l. nuptias.

L 4 Dicens

- 10 † Dicens, quod hęc est mera ueritas, licet qui  
dam captiosus Cohispanus suus in circulis co-  
naretur contrariam partem tueri, non aduer-  
tens, q̄ amicus Plato, sed magis amica Veritas.  
Licet. n. tale statutum videatur esse rationabi-  
le, ut not. Bal. in rub. de constit. col. fin. & in c.  
clerici. de iud. in c. tenor. in fin. de re iud. in l.  
omnem. C. ad Tertulianum, & in l. i. §. ius natu-  
rale. ff. de iust. & iure. Andr. Sicul. consil. fin.  
uolum. 3. tamen nõ sufficit rationem subesse,  
11 ex quo deficit potestas, † quia in quolibet  
actu uoluntas, & potestas requiritur. c. cum  
super. de off. deleg. l. cum te, ubi Bald. C. de do-  
nat. ante nup. & in l. nolle. ubi Bal. ff. de acqui-  
hæred. Paris. consil. 90. colum. 1. uol. 3. Rolan. à  
Val. consil. 7. nume. 80. consil. 67. nume. 94. uol.  
12 3. † Iusque canonicum in ista materia atten-  
ditur ubique c. fin. de secund. nupt. 2. quas. 3.  
§. hinc igitur, & tradit Fed. de Sen. consil. 36. ta-  
lis casus est. in prin. Ang. consil. 29. ex thematē.  
col. 1. Butr. consil. 35. in prin. Abb. in cap. 1. de  
sponsal. consil. 65. col. 1. secundo uol. Vasquius  
13 loco citato, dicens † q̄ cum materia matrimo-  
nii sit spiritualis, ut per Bart. in l. priuilegia. C.  
de sacr. sanct. eccle. sequitur, q̄ iura canonica  
etiam in terris imperii sunt seruanda, ex qui-  
bus patet iura ciuilia in hoc esse correctā, put  
hęc, & alia latius ponēs determinat Dec. consil.  
231. in prin. & in d. l. nuptias. ff. de regul. iur.  
14 Paris. consil. 29. in prin. uol. 3. † Quę cum ita sint  
infero ad casum nostrum, q̄ propter matrimo-  
nium à filio contractum sine consensu patris,  
ipse exhæredari non potest, cum enim sibi per-  
missum sit de iure canonico hoc facere, utiq;  
penam non meretur, faciēdo lege hoc permit-  
tente, l. Graccus. C. ad l. Iul. de adul. 2. §. 4. c.  
Qui peccat.  
15 † Secundò hoc decidit in terminis Abb.  
consil. 12. col. 2. uol. 1. dicens istam non esse iu-  
stam causam exhæredationis: quia cum de iure  
canonico matrimonium debeat esse liberū,  
non dēt per istam penam exhæredationis re-  
stringi & coarctari. Idemq; determinat Petrus  
de Anch. consil. 22. in 2. dubio, pluribus rati-  
onibus, maximè uerò: quia sublato principali, ui-  
delicet prohibitione matrimonii, etiam pena  
exhæredationis accessoria sublata uir, ex decis.  
Petri Anch. latē sequit Alex. consil. 97. col. 3. uol.  
1. latiusq; idem cōcludit Dec. in d. consil. 231.  
col. 1. & 2. & in d. l. nuptias, ubi idē repilogat,  
quæ in d. consil. dixit. Idemq; firmat in c. eccle-  
sia Sanctæ Mariæ. nu. 40. de consil. & idem p cō-  
perto habent in filio masculino Alex. in l. i. ff. so-  
lut. matrim. col. 9. Claud. Aquē. col. 4. & Rip. col.  
16 12. Paris. in d. consil. 29. nu. 32. † hancq; pariter  
esse cōmunem sentētiam testatur Vasquius lo-  
co præallegato nu. 628. post Ias. in l. si filiam. C.  
de inof. test. Abb. in c. 1. de sponsal. & alios, de  
17 quibus per eum, † licet in filia nubente ante  
25. annum, & indigno, contrariū uelint docto-  
res, quę casum non attingo, sed super eo lecto-

- res delego ad Celsum Vgon. in alleg. consil. 38.  
Qui latissimè id tenet, potissimè itante regia  
constitutione facta cū participatione cleri, q̄ si  
lia nubens ante 25. ann. sine cōsensu patris pos-  
sit exhæredari: Cum nos in masculino loquamur,  
& qui dignę fatis, ac nobili mulieri nupsit, quo  
casu omnes consentiunt exhæredationi locum  
nõ esse, ut idem determinat Ruin. consil. 8. col.  
18 si. uol. 3. † & idem in filia, (quod est plus) nubē  
te saltē viro digno, tenet Ias. in auth. sed si post,  
C. de inof. test. & in l. 2. §. q̄ si in patris. nu. 28.  
ff. solut. mat. unde idē tanto magis in filio dicē  
19 dum est. † Maior. n. castitas, & pudicitia exigi-  
tur in filia q̄ filio, l. palam, §. quæ in adulterio,  
& ibi gl. ff. de rit. nup. Bar. l. hæredibus. §. ff.  
ad Treb. Ias. in l. in arenam. C. de inof. test. Vaf-  
quius loco memorato nu. 639. ubi hanc diffe-  
rentiā inter filium, & filiā cōfirmat. Nam dicit,  
20 † quod indubitātū est secundum mores homi-  
nū, perire honorē femina, quæ cognita, deflo-  
rata, stuprataq; est ab alio, q̄ à uiro suo: ergo si  
filia sine cōsensu patris nupsit, et honesto viro,  
quo casu iure ciuili matrimonio nõ ualebat,  
meritò eodem iure ciuili exhæredari à patre  
poterat, licet id matrimoniu nõ ualere: quia  
iam illius filię honor per sui deforationem pe-  
rierat, p quod ipsius patri ingens læsio, dolor,  
21 dedecus, & cōtumelia infertur. † Non sic quā  
do filius honestæ feminae citra patris cōsen-  
sum nupsit, quo casu, licet matrimoniu nõ ua-  
leret iure ciuili, ipse filius nullum dedecus su-  
bibat, aut patiebatur, nec eius pater, cum liber,  
integerq; secundū mores hominū maneret, ut  
alteri honestę feminae de cōsensu patris nube-  
re posset, sicq; in terminis iuris cōis tale matri-  
moniu à liberis masculis citra parentum con-  
sensum, in quorū erant p̄tate, contractū nõ me-  
rebat exhæredationē, secus autē in foeminis, &  
hęc dicit Vasquius esse ueritatē à nemine eorū,  
22 rū, quorū scripta uiderit, præuissimè † & ad do-  
ctriā Castren. in d. l. si filiam respondet Vafq;  
nu. 635. post Petrum & Ioannē Fabrum, qui se-  
cus tenēt, q̄ malè loquitur. Ea rōne: quia ma-  
trimonium sine cōsensu patris iure digestorū  
filius contrahere nõ poterat, nec alia pena cō-  
stituta erat, nisi nullitatis matrimonii. d. l. Pau-  
lus. & inst. de nup. in princ. Vnde eo iure filius  
ex hac causa non poterat exhæredari. Meritò  
cum hodie de iure canonico tale matrimoniu  
ualeat, nullaq; pena liberis ita nubentibus ita  
tuta sit, sequitur ut exhæredari non possint.  
23 † Quoniam (ut hoc addā Vasquio) pena pri-  
uationis nunquā hēt locum, nisi in casibus à iure  
expressis, §. optimā. in aut. de nõ eligen. 2.  
nub. ibi. Nec lex est tale quid dicens, quem ad  
hoc allegat Bal. in auth. ex testamento. col. an-  
tep. C. de sec. nup. glo. in c. fi. de iur. patro. quā  
singularē reputat Abb. Alex. consil. 92. col. 3. &  
consil. 212. col. 1. uol. 6. & in l. et. §. ff. solu. mat.  
Ias. in l. cum quidā. col. 4. ff. de lib. & post. Go-  
zad. consil. 47. col. 2. Paris. consil. 106. col. 2. vol. 4.  
Rol.

- causa exhæredandi filium, quod duxerit vxorē  
indignam sine consensu patris secundum eum,  
qui hęc partem tenet, & ultra eum idem tradit  
Imol. in c. accedens. colum. fin. de procurat. A-  
lex. in d. l. i. ff. solut. matrim. colum. 9. Dec. in  
dicto consil. 231. colum. 2. in fin. Salicet. in di-  
cta l. si ut proponis. Ias. in auc. sed si post. ad fi.  
C. de inof. testam. & in l. 2. §. quod si in patris.  
nu. 28. ff. solut. matrim. & Paris. in d. consil. 29.  
nu. 8. meritò super illo tex. vis fieri non potest,  
non enim secundum eos reperitur, quod ista  
causa sit expressa, & sit de illis enumeratis in d.  
§. causas. ut latius per eos.  
31 † Non obstat etiam auctoritas Castren. in d.  
l. si filiam, nam vnica, & singularis est, & contra  
eum stant Anch. Abb. Alex. Dec. Ias. & alii su-  
pra citati, sicque responder etiam Dec. in dicto  
consil. 231. col. 2. & præter eos Vasqui. à me su-  
pra memoratus.  
Venio nunc ad secundum dubium de alimē-  
tis. In quo prima facie dubium uidetur facere,  
32 namque negari non potest, † quod habitare nubē-  
do contra uoluntatem patris sit in aliqua cul-  
pa saltē leui: debuit enim petere licentiam  
nubendi à patre suo, etiam, quod eam de facili  
consequi non posse crederet, & hoc non facien-  
do fuit in culpa secundum Bal. consil. 396. pro  
Domino Rinaldo. vol. 2. Castren. consil. 433.  
33 col. 3. vol. 2. Crau. consil. 121. nume. 10. † Vnde  
si ex causa ista cōtingat, etiam habitare extra do-  
mum paternam, talis habitatio sua culpa uide-  
tur procedere, meritò pater non tenetur ei ex-  
tra domum constituto citra culpam ipsius pa-  
tris alimenta præstare, ut determinat Paul. de  
Cast. in l. quidam cum filium. colum. 2. ff. de  
verb. obliga. ubi notabiliter dicit, quod si filius  
uellet à patre recedere, & quod pater daret sibi  
alimenta extra domum, prout ipse uidit alias  
de facto Senis, pater non cogitur hoc facere, &  
illam decis. Castren. sequitur Alex. ibi in appo-  
stillis ad Bart. in fin. Soc. Iun. consil. 15. vol. 2.  
Ang. consil. 38. nu. 9. primo Tomo matrim. Bur-  
fat. consil. 87. nu. 25.  
34 † Et si dicatur iste filius habitat extra domū  
patris ex necessitate coniugis ductæ, quam pa-  
ter solum non intendit in domum suam admit-  
tere, unde sibi succurrendum esse, sic ex neces-  
sitate foris stanti. l. si fideiusor. §. si necessaria.  
& ibi not. scribentes ff. qui satis. cog. l. cum po-  
stulassim. in fin. & ibi not. ff. de dam. in fec. l.  
quod si minor. & ibi not. Bartol. ff. de minor.  
Tiraquel. de retr. §. 1. Glo. 10. nume. 25. Cagn.  
in l. qui cum alio. nu. 8. ff. de reg. iur. & ego di-  
xi in l. quib. alien. lic. in prin. nu. 149. & in §.  
35 si. nu. 57. † Tamen responderi potest, huic filio  
imputandum fore, qui facto suo se in tali neces-  
sitate constituit, ut Bart. & omnes dicunt in d.  
§. si necessaria. & probatur in l. 2. §. si quis tamē.  
ff. si quis caut. l. Papinianus. ff. de minor. l. si di-  
cum. §. si compromifero. ff. de euct. c. intelle-  
ximus. de iud. quę iura in hac sentētia recitat.  
Crau.

- Rol. à Val. consil. 27. nu. 14. vol. 1. Senat. Pedem.  
decis. 77. nu. 3. & dec. 71. nu. 67. ubi dicit, q̄ in  
dubio iudicari debet ne pena locum habeat.  
24 † Secundò pro hac parte moueor. Qū (ut in  
facto premissis) hic filius penitētia ductus sepe  
à patre suo ueniam petiit, & ultra per aliquot  
menses peregrē profectus est, multa incommo-  
da sustinendo, & uiuo patre penitentiam egerit  
testamentum, & uiuo patre penitentiam egerit  
amplius ex ista causa, quando etiam esset ido-  
nea (quod tamen negatur), exhæredari nõ pos-  
sit. decisio est peregrina Alex. in d. l. i. ff. solut.  
matrim. num. 33. quem refert, & sequitur mul-  
tum commendans Ias. in l. in Arenam. ante fi-  
nem. C. de inof. testam. & in aucten. non licet,  
colum. 1. C. de libe. præter. & ibidem latē Dec.  
respondens his, quæ in contrarium dixit Fel.  
in c. Rodolphus. colum. 4. de rescrip. contra  
quem Felin. tenet etiam Carollianus Cot. me-  
morialium suorum libro, in uerbo filiusfamil.  
25 qui à patre. † dicens, quod est opinio commu-  
niter approbata, nec ab ea recedendum fore.  
Quam tenendo non obstant adducta in con-  
trarium. Ad primum enim dico, decisionem il-  
lam Bal. in d. l. omnem, procedere de iure ciuili,  
li, quo pater iniuriatur ex nuptiis contractis  
per filium sine consensu suo: secus autem de iure  
canonico, quod remouet hęc iniuriam, nec  
eam uult considerari debere, ut tradit Abb. in  
d. c. fi. de secund. nupt. & Ias. in d. §. quod si in  
26 patris, nu. 29. † meritò sequitur, quod §. cau-  
sas. in illa secunda causa de graui & inhonesta  
iniuria, in casu nostro adaptari non potest: se-  
cundo responderetur ex mente Connani in com-  
27 mentariis iuris ciuili. libr. 8. c. 8. col. 3. † ubi  
damnans glos. in l. sed ca. ff. de sponsal. quæ uo-  
luit, filium notam ingratiitudinis incurere, si  
patri nulla de causa non obtemperauerit, sic ut  
exhæredari possit, dicit id esse falsum, cum in  
nouella constitutione Iustiniani, ut cum de ap-  
pellatione cognos. huius ingratiitudinis nulla  
fiat mentio: tum istud alienum uidetur bonis  
mōribus, & ealibetate, quam Romanae leges  
matrimonii dederunt. Sic ergo filius exhære-  
dari non debet patri contradicens cum nu-  
bere cupienti, nec exhæredari debet, si citra pa-  
tris consensum nupsit, cum sint correlatiua.  
28 l. si. C. de ind. vid. tolen. † Præterea super opi-  
nionē Bal. fundamentum fieri non debet: est  
enim magis communiter reprobatā in eo statu  
to, de quo loquitur, ut tradit Alex. in d. consil.  
97. in fi. & latius plures cumulans Ruin. consil.  
144. in fi. vol. 5.  
29 † Non obstat etiam textus in d. §. si emanci-  
patus, loquitur enim in eo, qui duxit vxorem  
ignominiosam, & istud non est in casu nostro:  
quia (ut narratur) ista est honesta, & nobilis, &  
ita responder Dec. in d. consil. 231. col. 2. in fin.  
30 † Secundò responderetur, ut ibi tradit Bartol.  
quod hodie ille text. locum non habet, sed est  
correctus: non enim hodie hęc est legitima

Crau. in respon. pro genero. nu. 44. 82. & 88. & post cum Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Centur. 2. casu 182. nu. 51. sequitur etiam Cagnol. in l. qui cum alio. §. fin. ff. de reg. iur.

36 † Secundò facit: quia filius inobediens patri potest castigari. l. 3. C. de pat. potest. ergo & alimenta sibi denegari: hic autem dominus Andreas fuit inobediens patri contra eius voluntatem expressam nubendo, ergo &c.

37 † Tertio fortius stringit, quòd iste filius aliàs fuit miles, & in ea re se exercuit, potestque nunc etiam in ea se exercere, cum sit iuuenis & robustus, unde cum ex operis suis militando possit se alere, non potest petere alimenta à patre suo ut not. glos. à contrario illius textus, quam ibi sequitur Bart. & Alb. in l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agnos. idemque tradit Bart. in 38 l. 1. C. de mend. vali. lib. 11. per illum tex. † Dicens filio robusto & sano etiam nihil operanti patrem posse denegare alimenta, nisi secundum conditionem natalium operari esset sibi verendum. Puta, si filius esset vnus hominis nobilis & diuitis: non enim teneretur laborare terram: † cum honestè hoc facere non posset, utique diceretur id facere non posse. l. nepos Proculo. ff. de verb. significat. quod vltimum tradit etiam Bart. post Petrum in d. §. sed si filius, pleniusque Dominus meus Riminaldus consi. 280. nu. 18. & consi. 358. & vltra Barto. & Alb. de quibus supra, idem tenet Caccial. in re petitione. l. frater à fratre. 29. quæst. ff. de cod. indeb. concludens, quòd filio, qui potest se alere etiam ex operis suis, qui que robustus est, & sanus, licet nihil operetur, pater non tenetur alimenta præstare † idemque tradit Dec. consi. 576. col. 1. & apertius Calc. consi. 58. col. pen. loquens de filio industrioso, robusto & habente stipedium, & sic milite, cui pater non tenetur alimenta præstare, & cum prædictis etiam concordat Rol. à Val. consi. 5. nu. 30. & consi. 14. nu. 50. uol. 3. Ex quibus patet, hunc patrem. D. Andream filio suo non teneri alimenta præstare, cum in militia possit se exercere, salua honesta

41 te natalium suorum. † Est enim, vt experientia docet, professio honorifica, multisque priuilegiis decorata, de quibus per Doct. in l. Ceturio. ff. de vulg. & pupil. & latè cogerit Petrus Belli in tract. de re milita. tit. 3. parte 7.

Istis tamen non obstantibus contrarium de iure respondeo, quantum enim sit ex eo, quòd vxorem hic filius acceperit sine consensu patris, dubium non est alimenta sibi deberi. † regula enim est in iure ualidissima, quòd ex his tantum causis filius potest alimentis priuari, ex quibus potest exheredari. Decisio est Bart. per illum tex. in d. l. si quis à liberis, uers. idem si iudex. ff. de lib. agnos. & in l. fin. C. de lib. alied. in l. diuus. ff. de paric. in tract. de alim. col. 2. uers. quero an ex causis, idem tradit Abb. in c. cum haberet. col. fin. de eo qui dux. in matri. vbi etiam Anch. nu. 7. idem firmat & in c. exli-

teris. n. 9. de couer. infid. sequit Guil. Mainier. in l. non est singulis. §. infinita nu. 5. ff. de reg. iuris. post Ang. Aret. inst. de iur. nat. gent. & ciuili. in princ. Alex. in d. l. 1. nu. 32. ff. solut. matrim. cum simil. Sed ex hac causa, quòd filius inuito patre nupsit, non potest exheredari, vt abundè supra dictum & conclusum fuit in primo dubio: ergo sequitur, quòd nec alimentis ex ea priuari possit, & ita firmat per hanc rationem Dec. in d. consi. 231. col. 3. & in d. l. nuptias. col. fin. & Ruin. consi. 144. col. 4. num. 18. vol. 5.

43 † Quinimo vltèrius placet mihi vnum aliud in medium adferre, super quo requisitus non fui, videlicet, quòd hic pater nedum tenetur alimenta præstare huic filio, ut ex prædictis patet, verum etiam huic nurui suæ, idque ex eo probatur. Nam vbi quis vxorè duxit, nulla sibi dote constituta vel promissa, illam existentem in obsequio suo tenetur alere: Quia personam suam loco dotis dedisse uideretur, secundum Innoc. in c. per vestras. de donat. inter uir. & vxor. per tex. in §. penul. in auth. quib. mod. nat. eff. leg. sequitur Cy. & Bal. in l. pro oneribus. C. de iur. dot. Alex. in l. quod in vxorem in fin. C. de neg. gest. idemque tenet Curt. consi. 39. col. 3. uers. sed præmissis, & est gl. notab. in l. si cum dote. §. fin. autem in seculissimo. vbi 44 Bal. Alb. & alii. ff. solut. matrim. † Rationeque confirmat Celsus Vgo consi. 33. nu. 2. & consi. 38. nu. 15. quia ex quo maritus percipit commodum seruiti à vxore, æquum est, ut eidè pbeat alimenta. l. in rebus. §. possunt. ff. comod. l. item si serui. §. quas impensas. ff. de ædil. edic. l. sed & si quid. §. sufficienter. ff. de usufruct.

45 † habet enim maritus, quòd sibi imputet, qui vxorem huiusmodi sine dote recepit. Quonia illam etiam si non cooperaretur ei, tenetur alimentare, & maritali affectu tractare. §. si quis enim. in autem. quomod. natural. eff. leg. & est optimus tex. in l. pen. ff. ut in poss. leg. dicens huiusmodi mulierem etiam post mariti sui decessum quamdiu permanserit in viduitate ali debere de ipsius mariti bonis ad instar filia.

46 † Posito ergo quòd hic filius vxorem duxerit sine dote, ex quo ( vt præmissum est ) tenetur eam alere, sequitur quòd tale onus pertinet ad eius patrem, stante eo, quòd supra conclusum fuit, hunc filium non habere unde se eamque alat. Si enim pater tenetur eum alere, ergo & vxorem eius, probaturque hoc in d. l. si quis à liberis. §. non tantum, vbi dicit tex. quòd nedum alimenta debentur filiis à patre, sed tenetur etiam cetera onera liberorum subire, inter quæ computatur onus alendi vxorem filii, ut ibi glos. declarat, quam Alb. sequitur, & 47 Ioannes Coraf. in l. onera. ff. de adopt. † & ita in terminis nostris in filio, qui duxit vxorè sine dote & consensu patris per hanc rationem decidit Ruin. d. consi. 144. col. 2. qui & aliam subdit de mente Glos. in l. quia parentis, in Glos.

Glos. ff. solut. matrim. quæ formaliter dicit.

48 † Quoniam focer non minus nurui, quam filio in pluribus habet necesse prouidere, sed filio ducenti uxorem indotatam non possunt alimenta denegari, vt supra dixi, ergo nec nurui, cui in hoc focer non minus tenetur prouidere quam filio, hancque sententiam tenet Bart. in d. §. non tantum, & Card. in c. cum haberet. de eo. qui duxer. in matrim. non distinguentes inter dotatam & indotatam.

49 † Non obstat adducta in contrarium. Ad primum enim dico primo loco, nullam culpam Domino Andream impingi posse, si licentiam nubendi à patre non implorauit, cum de iure canonico non teneretur eam explorare. l. Gracius. C. de adult. Aret. consi. 111. colum. final. Crau. consi. 4. n. 24. & consi. 63. nu. 9. Rol. à Val. consi. 57. nu. 50. vol. 1. allegata verò in contrarium procedunt, quòd licentia requirebatur. exemplum patet in casu Castren. superius allegati in d. consi. 433. volum. 2. quando factum pendebat à voluntate principis, & sic sine eius licentia explicari non poterat. † Secundò respondetur, esto quòd Dominus Andreas fuisset in leui culpa, ducendo vxorem sine consensu patris, non tamè sibi alimenta denegari possunt. Probatur in simili. Nam si pater legitimam filio consignet in vita, filiusque illam consumat etiam culpa leui, adhuc non potest pater ei alimenta denegare, secundum Bal. in l. 2. §. 1. ff. solu. matr. in auct. si captiui. C. de episc. & cler. in l. scimus. in princ. C. de inoff. testam. Specul. in tit. qui fil. sint leg. §. 1. uers. sed pone, Alex. in l. si cum dote. §. 1. ff. solu. matrim. ergo pari modo non debent sibi alimenta denegari, posito quòd fuerit in leui culpa nubendo contra voluntatem patris. † Nec iste filius dicitur habitare extra domum patris culpa sua, sed patris, qui cum in domo recipere recusauit, & de præsentibus recusat, quo casu non procedunt notata per Castren. & Alexand. in dicta l. quidam cum filium, & Soc. Iun. in d. consi. 15. vol. 2. sed totum contrarium, vt not. Ang. Imol. Cast. & Alex. in d. l. si cum dote, in §. transgrediamur qui concludunt, quòd quando filius habitat extra domum patris ex voluntate patris tenetur pater ei alimenta facere. † Nec etiam mihi verum videtur, quòd facto suo in aliquam necessitatem se coniecerit, nam necessitas illa dicitur, quæ principium habet necessarium, quemadmodum sentit Bald. consi. 20. vol. 3. quem sic declarat & intelligit Tiraq. de retract. §. 1. glo. 14. nu. 15. Crau. in allegato respon. pro genero, 53 nu. 93. † pulchrè Corn. consi. 292. nu. 5. vol. 2. Dicens heredem esse debitorem volutarium, inspecto initio suæ obligationis causatæ ab aditione, quæ merè voluntaria fuit, idemque sentit Soc. Iun. consi. 130. in fine, volum. secundo.

54 † Sicut etiam debitor dicitur voluntarius, qui dotem voluntariè recepit, licet deinde necessariò teneatur ad eius restitutionem, vt post

Ias. Dec. & alios in auct. præterea. C. unde vir & vxor. ponunt Mod. Ferr. in l. 1. nu. 22. ff. de duob. res. Phanuc. in tract. de lucro dotis. glo. 8. nu. 29. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 182. num. 53. unde cum matrimonium, quod contraxit hic filius, fuerit ab initio volutarium, non dicitur se in necessitate posuisse habitandi extra domum paternam, debet esse si que subest necessitas, sibi potius prouidere esse proficua & excusabilis, quam nociua.

55 † Ad secundum respondetur, quòd Caccial. in d. l. frater à fratre. 30. quæst. tangit hunc passum, an propter inobediendum filius possit priuari alimentis. & dicit videlicet consulti, quòd non, per doctissimum virum, & licet arguat in contrarium ex d. l. 3. inducendo vt supra, tamè subdit concludendo, ex quo non inuenit hoc decisum, non audeat firmare hoc dictum, unde patet, quòd ipse potius tenet filium alimentis non posse priuari, quam quòd sic, ego castigatio, quæ filio inobedienti fieri potest, debet intelligi per aliam viam, quam priuationis alimentorum, & sic tex. in d. l. 3. ad casum nostrum non facit. † Hocque præclaro exemplo confirmari potest, quod de Tario narrat Seneca, lib. 1. de Clem. quem refert Conanus in suis commentariis iuris ciuili. lib. 2. cap. 13. col. 2. Nam cum filium in parricidio deprehendisset, non grauius damnauit, quam ut iuberet eum exulare Mafsiliæ, annua illi præstans, quanta præstare integrò solebat, & cum de filio cogniturus esset Tarius, aduocauit in consilium Cesarè Augustum, venit in priuatos penates, affedit, pars alieni consilii fuit, non dixit, immo in domum meam veniat, quod si factum esset, Cesaris futura erat cognitio non patris, audita causa, excusis que omnibus dixit Cesar relegendum, quo patri videretur, non culeum, non serpentes, non carcerem decerneret, memor non de quo censeret, sed cui in consilio esset mollissimo genere penæ contentum esse debere patrem dixit. quare si parricidæ filio crimen attentanti pater alimenta non denegauit, multo minus inobediens in hoc casu eis priuandus est.

57 † Ad tertium dico, quòd tex. in d. §. sed si filius. dum loquitur de opifice, intelligitur de artifice, & sic de habente artem, secundum Dynum & Albe. sic exponentes, idemque tenent Abb. & Anch. in d. c. cum haberet. loquentes de filio habente artem, immo ars debet esse certa, unde tutum, nec deficiens capitale proueniat vt in doctore, mercatore, & id genus, vt declarat Crau. consi. 199. nu. 11. quod de militia dici non potest non continua. Et si ponderetur Calc. in allegato consi. 58. loquitur de filio stipendiato, & sic tempore militia, & actu aliter militante. Nec video, cur filius, vt se alat, militare cogatur, cum potius sit scriptum, quod relinquet patrè & matrè, & adharebit vxori suæ. Et cum filius iste nil possideat, ex quo reditus habere possit, non dicitur habere, unde se alat vt

vt post Bald. consil. 30. sicut dixi. volu. 2. trad. Crau. consil. 199. nu. 6.  
 58 ¶ Nec obstant etiam, quæ de iuvene robusto & nihil operante tradit Bar. in d.l. 1. C. de méd. val. lib. 11. per d. l. si quis à liberis. §. sed si filius quoniam dicta Bart. debent intelligi secundum legem, quam allegat, ut idem Bart. tradit. in l. non solum. §. liberationis verba. ff. de lib. leg. sed tex. in d. §. sed si filius, quatenus in contrario inducitur. Quod pater non tenetur filium alere, loquitur quando duo concurrunt ars & potestas operandi, merito sequitur, quod ubi alterum concurrat, quod ille tex. locum non habet, prout in sensu directo patet, ibi. Si cum opificem te esse dicas, & in ea valetudine es, ut operis sufficere non possis. Sicut enim, quando habet artem, sed ei superesse non possit, debet alii, sic quando posset operari, sed artem non habet, idem iuris esse debet, quod est in casu nostro. Et ex his remanet expedita præsens consultatio in utroque puncto.

Hippol. Riminal.

Pro honesta D. Magdalena Cannana.

ARGUMENTVM.

De appellatione in possessorio concedenda pulchre tractatur.

SUMMARYM.

- 1 Precepti reductio ad terminos iuris dicitur interlocutoria.
- 2 Sententia super possessorio extraordinario dicitur interlocutoria.
- 3 Appellatio ab interlocutoria quando prohibeatur.
- 4 Appellari potest in causa possessorii mixti cum petitorio.  
Et quando hoc sit. 5.
- 6 Statutum prohibens appellationem à sententia lata in possessorio non habet locum in possessorio mixto. Et strictè debet intelligi. 7.
- 8 Dispositio loquens in casu simplici locum non habet in mixto in materia stricta.  
Idemq; si materia sit exorbitans.
- 9 Statutum remouens appellationem locum non habet in notoriè grauato.
- 10 Iudex quando sibi constat quis possideat alteri præcipere debet ne eum turbet.
- 11 Citari quis debet ubi ladi potest nisi periculum sit in mora. 12.  
Exemplumq; Scipionis Naficie memorabile datur. 13.
- 14 Electio expeditur parte non citata quando periculum est in mora.
- 15 Præceptum fieri potest parte non citata validum quando periculum est in mora.
- 16 Possessionem quis ingredi potest contra tertium successorem non citatum.

- 17 Possessio probatur si familiares & coloni pro eo incedebant & insistebant in fundo.  
Et est peculiaris modus probandi possessionem. 18.  
Vel per deambulationem. 19.
- 20 Possessio probatur per unum testem velut leuis præiudicij.  
Saltem quando iudicium est summarium siue momentaneum. 21.
- 22 Possidere presumitur qui olim possedis licet non aliquid legitur. 23.
- 24 Constat dicitur quod ex coniecturis colligitur.
- 25 Possessionem in alium translatam quando liceat ingredi. 26.
- 27 Appellatio conceditur propter difficultatem reparandi grauamen.
- 28 Simulatio non presumitur & dilucidis probationibus ostendi debet.
- 29 Probationes apertissimæ requiruntur quando quis habet presumptionem contra se.
- 30 Successor habet probabilem ignorantiam.
- 31 Exceptio rei iudicate succumbenti obstat.
- 32 Appellari potest in possessorio habente causam annexam proprietatis.  
Et de iure canonico passim. 33.
- 34 Appellatio in dubio deuoluit.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXXXIIII.



In causa D. Magdal. Cannanæ re-  
 fricatur in dubium appellatio sua à  
 reductioe præcepti ad terminos  
 iuris facti Stabillinis, ut desistere  
 deberent à secundo fenum, & seca-  
 tum non amouendo ex pratis, de quibus agit. Mo-  
 ueturque D. Iudex appellationum ¶ quia dicta re-  
 ductio præcepti fuit mera interlocutoria: quia  
 non perimit ius partis, ut in statuto de præcep-  
 tione par. ibi, iudicio siue in possessorio siue in  
 petitorio romanente in sua ui. ¶ Et quia sumus  
 in possessorio extraordinario, in quo non requi-  
 ritur sententia diffinitiuæ, sed lata super eo di-  
 citur interlocutoria. Bal. & Cast. in l. ordinarii,  
 col. pen. C. de rei vin. Castr. conf. 5. in antiquis,  
 aliàs 3. vol. 2. in nouis, Dec. consil. 302. Cagnol.  
 in l. in pari. nu. 7. ff. de reg. iur. ¶ quo stante non  
 deuoluit appellatio dictæ Dominæ per statu-  
 tum, de appell. in princ. ubi prohibetur appella-  
 tio ab interlocutoria, nisi per eam inferatur  
 grauamen irreparabile per appellationem in-  
 terponendam à diffinitiuæ.

Ego uero secus puto. Nam Cannanus di-  
 xit D. Magdalenam possidere dicta prata ui-  
 gore legati sibi facti de illis in testamento ma-  
 riti sui, Stabillinus uero dixit esse in eorum pos-  
 sessione uigore uenditionis sibi factæ de illis  
 ¶ Vnde cum quæstio permixta sit & dubia per  
 negationem utriusque capituli, scilicet petitorij  
 & pos-

& possessorii potuit appellari à dicta reductio-  
 ne præcepti, ita Bal. consil. 331. super prædicto  
 puncto. vol. 1. in nouis, ubi signanter dicit ac di-  
 stinguat, quandoque unus articulus est separa-  
 tus ab alio: quia constat de causa proprietatis  
 per confessionem, & tunc non potest appellari  
 quia si constitetur ergo notorium: item si con-  
 fitetur ergo consentit, restat igitur solus arti-  
 culus possessorii & non est cõtrouersia de alio ni-  
 si de possessorio, sed ab isto possessorio uero non  
 appellatur ¶ quandoque uero quæstio est per-  
 mixta & dubia per negationem utriusq; capi-  
 tuli petitorij & possessorii, & tunc appellari po-  
 test prout in casu nostro contingit, ubi Domi-  
 Magd. dixit se possidere uigore testamenti, Sta-  
 billinus uero uigore uenditionis, nec alter alte-  
 rius petitorio & possessorio allegato consentit,  
 ut ex actis apparet.

- 6 ¶ Et hæc decisio Bal. confirmatur. Nam cum  
 statutum de appel. prohibeat appellationem ab  
 interlocutoria, lata super simplici possessorio  
 non debet habere locum in possessorio mixto:  
 quia statutum loquens in casu simplici non in-  
 cludit casum mixtum, ut tradit Bart. Bal. Alex.  
 & Dec. in l. certi cõditio. §. quoniam. ff. si cer-  
 pet. Alex. in l. 2. in prin. ff. de uerb. obg. & conf.  
 55. in l. fin. vol. 4. D. meus Riminal. consil. 162.  
 7 nu. 2. ¶ quia statutum prohibens appellatio-  
 nem strictè debet interpretari, ut not. Bart.  
 in l. 2. C. quo. app. & conf. 165. in q. Ang. conf.  
 107. Iac. & Lucas, Dec. in l. pe. col. fi. C. de pac.  
 & consil. 49. Spec. aur. in 2. actu prin. num. 356.  
 8 Sed in materia stricta dispositio in casu simpli-  
 ci locum non habet in mixto, ut not. Bar. & Do-  
 ctor. in d. l. 2. per l. vim passam. §. præscriptione  
 ff. de adult. Alex. consil. 82. uol. 3. Dec. consil.  
 213. col. 2. idemque tradit Alex. in statuto lo-  
 quens consil. 76. uisus dubitationibus. primo dub.  
 vol. 5. Natta consil. 609. nu. 16. & in alia dispo-  
 sitione exorbitanti, quod locum non habeat in  
 casu mixto, probatur in l. si ita scriptum, cū ibi  
 nota. ff. de lib. & post. Ceph. consil. 251. nu. 38. &  
 Anch. Iun. consil. 62. nu. 9. in 1. par.  
 9 ¶ Secundum, deuoluit hæc appel. quoniam ( ut  
 aliàs dixi ) D. Magd. fuit notoriè grauata, me-  
 ritò potuit appellare, licet in dicto statuto de  
 appel. remota sit appellatio ab interlocutoria,  
 ut per glo. in c. ex conuestione, de rest. spol.  
 Abb. in c. pastoralis. col. pen. de ap. & post eum  
 Perus. nu. 28. in fin. Alex. cõf. 77. nu. 12. & cõf.  
 106. nu. 16. cum seq. uol. 3. Dec. cõf. 49. nu. 2.  
 Bero. in rub. de appel. nu. 4. Port. Imol. consil.  
 59 nu. 4. pbat. Nā D. Magd. possederat prata,  
 de quibus agit, p. annu. p. ximè præcedentem,  
 ut testes p. ea recepti dicunt, quo stante debuit  
 prætor eam tueri in possessione, confirmando  
 præceptum factum, ut disponit d. statutum de  
 præcep. facie. par. non autem illud reducendo  
 ¶ sic enim fecit contra casum statuti prædicti  
 quod in hac parte conuenit cum dispositione  
 iuris communis, ut est Doct. Bal. in l. ordinarii

col. 4. C. de rei vind. ubi dicit, quod confitito iu-  
 dici per summariam cognitionem quis possi-  
 deat, debet mandare alteri parti, quod non  
 accedat ad possessionem, & idem Bald. in addi.  
 ad Speculat. de libel. concept. §. fin. uerf. offi-  
 cium. & in l. prima C. de prohi. seque. pec.  
 Cur. conf. 60. Castr. conf. 3. col. 1. vol. 2. Dec. &  
 D. meus Zuccar. in l. fin. nu. 112. C. de edic. di.  
 Adr. tollen.

Nec obstat, quod in dubiis dicitur imò præ-  
 ceptum factum fuisse contra formam d. statuti  
 absque eo quod pars citata fuerit ad uidentum  
 recipi informationes. Quoniam consideran-  
 dum est, quod Cannanus in comparatione sua  
 narrata possessione & titulo D. Magdalene di-  
 xit, quod illa die externa quidam homines in-  
 gressi fuerant d. prata cū instrumentis aptis ad-  
 secandum fœna in ipsis pratis, & ea fœna ceperat  
 secare, & persequerentur in secando animo &  
 intentione dicta fœna ex dictis pratis extrahē-  
 di: Quare cum periculum sit in mora, & dicta  
 mora sit damnum allatura, petiit per prætorē  
 in prædictis & ante omnia prouideri indemni-  
 tati D. Magdalene offerens se dare informa-  
 tiones, quibus datis & ita deponētibus, quod  
 uiderant præsentī die homines secantes in d.  
 pratis ad instantiam Stabillini D. Prætor uiso  
 periculo & consideratis de iure cõsiderandis  
 fecit præceptum d. Stabillini, ut desisterent à  
 secando fœnum & secatum non amouerent,  
 quibus ita stantibus, potuit indubitanter fieri  
 d. præceptum receptis informationibus par-  
 te non citata: ¶ Licet enim regulariter de uno  
 quoque actu pars quæ ladi potest citanda sit. l.  
 nam ita diuus. ff. de adopt. l. de uno quoque. ff.  
 de re iud. cle. pastoralis. eod. tit. Bald. in l. cum  
 fratrem. in fin. C. de his qui. ut ind. Alex. conf.  
 5. vol. 2. cum simi. adductis à Petro Duen. reg.  
 92. & prout hoc statutum requirit, de quo nos  
 agimus. ¶ Atamen hoc signanter fallit, quam-  
 do periculum esset in mora, si enim sine peri-  
 culo expectari non potest, recipi possunt infor-  
 mationes, etiam partibus absentibus, ita Inn.  
 in c. significauit. ad fi. de test. sequitur Imol. &  
 Alex. in d. l. de unoquoque. Maria. in tracta. de  
 citat. arti. 7. in casibus ubi non requiritur ci-  
 tatio. 2. casu. ad fi. Anton. Nicel. in tracta. de  
 concord. gloss. in 100. fallen. nu. 344. & elegan-  
 rius ceteris Zaf. in d. l. de uno quoque. nu. 18.  
 ubi dicit, quod si periculum esset in mora, nisi  
 incontinenti esset alicui subueniendum, utiq;  
 hoc fieri potest, altera parte non citata, addu-  
 cit bonum tex. in l. de pupillo. §. si quis riuos.  
 ff. de oper. no. nun. Si quis enim uelit purgare  
 riuos suos vel cloacas & propterea edificare p.  
 necessitate etiam in iacturam vicini, absq;  
 citatione potest permitti prætoris ita tempo-  
 re nimbo cum flumina abundant, ex agris  
 meis etiam si tibi noceatur auertere possum,  
 te iudicialiter non citato: quia antequam ci-  
 tareris, & iudex iudicaret, perderetur agri  
 mei.